

bantur juvenibus improbis, ut generosis capibus feras confe-

Cicero de Laeone Antistio Cinna in Bruto: Rabula, inquit, sane probabilis, qui multos cum tacuisset annos, neque contenti solium, sed & irrideri etiam solitus esset, in tribunatu primum contra Caii Julii illam consularum petitionem extraordinariam, veram causam agens probatus. Itaque post Tribunatum primo multo ad eum causae, deinde omnes maximae quaeque erant, deferbantur. *Horan. in Jurisconsultorum vitis.*

C. JULIUS Caesar post mortem Syllae in urbem rediit, in foro eloquentiam exercitans, unum, & vigesimum agens etatis annum Cornelium Dolabellam repetundarum accusavit, sed damnatus non est; licet oratio tam luculenta esset, ut posteris admirationi foret, teste Tacito. In perorandis causis maximum affectuum splendorem, maximam etiam plebis gratiam adeptus est, ut C. Pompilio competitori tribunatu praefertur. *Cusp. ex Suet.*

Vinutius civis Romanus, Augusti tempore, quo nemo in agendis causis praestantius habuit ingenium, quicquid longa cogitatio illi praestitura erat, prima intentio animi dabat, ex tempore causas agebat: sed non desiderabat hanc conditionem, ut tempore agere videretur. *Volat. lib. 20. Senec. in Declam.*

Poetae omnes a M. Tullio usque ad Trajanum vel causas aliquas egerunt, vel fictas declamarunt. *Gyr. Dial. 4. Historiae poet.*

VAL. Licinianus Pratorius, eloquentissimus causarum patronus, a Roma propter Corneliam, Vestalium maximae, incestum relegatus in Siciliam, de senatore rhetor factus est. *Plinius.*

TIBERIUS Caesar civilium officiorum rudimentis regem Archelatum, Trallianus, & Thefalios, Varios quoque de causa Augusti cognoscere, defendit. Pro Laodicenis Thyatirensis, Chis terrae motu afflidis, operum implorantibus, Senatum deprecatus est, Fannium Cepionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum majestatis, apud iudices fecit, & condemnavit. *Suetonius.*

Julium Gallicum Claudius Caesar, causam dicentem, in Tiberium iratus praecipitari iussit. In eum Domitius Afer optimus illius aetatis patronus facere admodum jocatus est. Nam cum quidam a Gallico desissetus, ejus auxilium implorasset: quis tibi, inquit, narravit, me natatorem illo meliorem esse? *Zonar.*

Nero apud Cl. Caesarem patrem pro Bononiensibus Latinis, & pro Rhodiis, atque Iliensibus Graecae verba fecit. *Suetonius.*

GALBA Imp. Pater Consulatus functus, quamvis brevi corpore, atque etiam gibber, modicaeque in dicendo facultatis, causas indutrie acitavit. *Idem.*

TERTULLUS Causidicus a Judaeis conductus, ut contra Paulum Apostolum Caesarem Felice praetore causam ageret. *Athenum 14.*

ANDRONICUS Hierosolymitani templi antiquitatem, & sanctitatem contra Sabbaeum, & Theodosium Samaritanorum oratores, coram Ptolemao Philopatore rege Aegypti tanta eloquia defendit, ut adversarios rex morti tradiderit. *Josephus lib. 12. Antiq.*

NICOLAUS Damascenus Herodis Judaeorum regis legatus, ad Caesarem Augustum contra Syllae Arabis calumnias. Eo mortuo, Archelatum, qui ex testamento patri succedebat contra Judaeorum legatos, libertatem deprecans, defendit, & ut Archelatus in regno succederet, efficit. *Josephus lib. 16. & 17. Ant. Judae.* Idem quoque Judaeos Antiochenos defendit coram Marco Agrippa contra Graecos, illos ob religionis diversitatem expellere conantes. *Josephus lib. 12. Antiq. c. 3.*

LUCIANUS Samofatenis sub Trajano Caesare initio causidicus Antiochiae fuit: quae res cum ei male cessisset, se ad scribendum contulit. *Suidas.*

OPILIUS Macrinus, qui postea Imperator factus est, in Africa causidicus fuit. *Dion. in Macrino.*

Ivo natione Brito, sub Carolo IV. Imperatore praeter doctrinam, & singularem eloquentiam, mira etiam pietate celeberrimus Romae habitus est. Angelica fuit continentia, & vitam suam a vino, & esu carnum omnino conservavit intactam, corpus cilicio operuit: jejunium, vigiliis, & orationibus disciplinam plusquam monasticas adungebat: nudam pro cubili terram luteam, rigidum saxum pro cervicali, sacrorum Bibliothorum volumen, quod indefinenter portabat, capiti aptabat, suamque

omnem eum pauperibus, quos procurando defendebat, conversationem duxit humillimam. Patrimonium amplum cum haberet, eo pauperum, & orphanorum, & viduarum causas protegit, omnium procuratorum, & advocatorum unica meritò lucerna. Vita sanctus, cum crebris fulgeret miraculis, inter Sanctos aggregatus est. Ejus festum quartum Calend. Septembr. peragitur. *Crantzias lib. 9. Metrop. cap. 34.*

ALPHONSUS Aragonum rex, cum adisset Gallum Medicum clarissimum, relicta medicina, sophilam in causis forensibus agere, omniaque sophilmatibus suis involvere, decreto in sophilmas promulgato, Gallum foro prohibuit: & ut omnibus, quam Gallus Romanus susceperat, iniqua & injusta haberetur, edixit. *Panorm. lib. 4. de Rebus gestis Alphon.*

Venetici patricii vel mercatorem exercere, & rei familiaritatis consulunt: vel causas in foro agunt, multorumque amicitias honestissimo genere lucris sibi comparant: vel ad Republicam capeffendam, & gerendos magistratus accedunt. Itaque Romanos illos rerum dominos non obscure imitantur. Hoc tantum interest, quod propter imperii magnitudinem, & inexhaustam dominandi libidinem Romani non mercatura, sed publico latrocinio, nomine Reipublicae suscepto, ex universo orbe praedam egerunt. Veneti vero honestissima ratione & multorum commodis, & privata utilitati, absque injuria, mercimoniis suis consulunt. Proinde nemini mirum videatur, Venetiam Remp. quamvis inferioriorem, si Imperii amplitudinem, & potentiam spectes, Romanam tamen imperii diuturnitate, & stabilitate vicisse.

CAUSIDICI IMPERITI.

In Meneclum causidicum ineptum. *Lucilius in secundo Epigrammatum.*

Καυσιδικόν εἰς βίον ἀποβάλλει καὶ μὴν ἀγαθόν. ὄν χρεὼν ἀποφασ μὴδὲ δεικνόν, μὴδὲ δίκαιον. ἵππὸς μόνον πρὸς ἄδραμα γαμψότατος, ἔτ' ἀπ' αὐτοῦ κλέπτει πῶς ἀπὸ δημοκόμων. ἀλλὰ πρὸς ἄνθρωπον ἔργον κρίνει, ὅτε αὐτὸν ἰσθμὸς μολέβηται καὶ κακὰ αἰσίουσι.

Quos versus sic interpretatus est Erasmus Roterodamur: Suclea, dos, & capra mihi perire, Meneclis, Ac merces horum nomine pensa tibi est.

Nec mihi cum Otridae quicquam estve fuisse negotii: Nec fures ullos huc cito Thermopylis.

Sed contra Eutybidem nobis lis. Proinde quid hini Aut Xerxes facit, aut quid Lacedaemonii?

Ob pactum & de me loquere, aut clamabere clarè. Multo aliud dicit sus, aliud Meneclis.

Cum ejus epigrammatis argumento convenit & illud, quod est apud Martialem l. 6. in Posthumum causidicum.

Non de vi, neque caede, nec veneno, Sed lis est mihi de tribus capellis:

Vicini queror has abesse furto: Hoc judex sibi postulat probari.

Tu Cannas, Mithridaticumque bellum, Et perjuriam Punicis furoris, Et Sullas, Mariisque, Mucioque Magna voce sonas, manique tota.

Jam dic, Posthume, de tribus capellis. In Diodorum Rhetorem *Ammianus in secundo Epigrammatum* hac scribit:

Ῥήτορα πρὸς δίδωρον ἀπὸρ δόλοιο ἀποβάλλων, ἵππὸς μὴ πῶς ἀμὲν δεικνόντων.

ἡμῶν τὴν ἀρετὴν καὶ ἴσθησιν πρὸς τὴν γλῶσσαν καὶ ἄδραμα, ἀποστρέφει τὴν ἀνάγκην ἐπὶ τὸν μόνον.

Ζῆλον τὸν ἀρετῶτατον, σίαν δ' ὑπὸ πᾶσι παύσας/ἐκείνη.

καὶ ἀνὶ δόλοιο ἀπὸρ δεικνόντων:

ὅς δ' ὅτε μεμολέχθαι, καὶ ἰδρῶνα βίβδων ἐκείνη.

ἀπὸρ τὴν ἀρετὴν καὶ ἴσθησιν πρὸς τὴν γλῶσσαν.

ἡ σοί, ἡ τῶν ἀνάων πᾶσι ἀρετῶτατον, ἀνάων δὲ δόλοιο καὶ σίαν, ὅς χρεὼν ἐξέρχεται.

δὲ τὸ δ' ὡμῶν τὴν ἀρετὴν καὶ ἴσθησιν, ἀλλὰ δ' ἀποστρέφει τὴν ἀνάγκην ἐπὶ τὸν μόνον.

Alciatus hoc sic explicuit: Cum partus rei furtivae pars non sit, sequitur, ut ufucapi à bonae fide possessore possit: quod intelligendum est, nisi apud furem conceptus sit. Matrem enim contrahendo, & cum contrahente, qui vilescit portio est, videtur, quod in furis haerede non est, licet ipse propter auctoris sui malam fidem usi capere nequeat.

Callius

CASSIUS Severus poeta, & orator, cum omnes ferè, quos accusaret, absolventur: Augustus in eum jocatus dicitur, cum architectus foret Augusti, expectationem operis diuturnum: Vellem, ut Cassius meum forum accusasset, quasi diceret, jam absolutum esse. *Macrob. in Sestio.*

CATULUS audiens Oratorem malum perorantem, cum in orationis fine movere ad misericordiam auditores se putaret, finita oratione ab eodem interrogatus, num egregie misericordiam movisset, Magnam fuit, inquit: neminem enim tam imperitum, tamque stupidum fuisse credo, cui oratio tua non miseranda visa sit. *Cic. l. 2. de Oratore.*

M. VAL. Martialis Hispanum Romanum profectus, cum agendis causis minime se idoneum videret, omnem operam, atque diligentiam retulit ad scribendam Epigrammata. *Crinus de poetis Latinis.* Testatur ipsemet in Epigr. ad Sextum, sic scribens:

Egi, Sexte, tuam pactus duo milia causam, Missi nummi quot mihi? mille. Quid est?

Narrasti nihil, inquis, & a te praedita causa est: Tanto plus debes, Sexte, quod evulsi.

In Marcum rhetorem indoctum *Lucilius in Epigram.*

Οὐδ' ἔχρηται μάλλον τῶν ῥήτορα νεκρῶν ὁ πλοῦτος, ἀ τῶν ἀρχαίων κίβητος ὁ δίκαιος.

αὶ δ' ἰδέσθαι πάντας, ἱστοί, καὶ μελίτην τῶν μελοποιῶν, καὶ τὴν μελέτην.

ἀδὴν γὰρ σὺ χρεὼν ἔχεις κακῶν, ἀχρεὶς αὖ ἰδῶν. ὅθεν σοιοῦσα ῥήτορ ὑπερματωδός.

C. ALBUTIUS Silus Novariensis rhetor, causas egit parum feliciter. Nam cum in lite quadam centumvirali adversario, quem ut impium erga parentes inceffabat, jurandum quasi per figuram sic obtulisset, Jura per patris, matrisque cineres, qui inconditi jacent, & alia in hunc modum: arripiente eo conditionem, nec judicium aspernantibus, non sine magna sui invidia negotium afflixit. Et rursus in cognitione caedis Mediolani apud L. Pisonem proconfulent, defendens reum, cum coherenter lidores nimias laudantium voces, ita excauduit, ut deplorato Italia statu, quasi iterum in formam provinciae derogaret, M. insuper Brutum, cujus statua in conspectu erat, invocavit, legum ac libertatis auctorem, & vindicem. Quae verba cum ad seditionem pertinere viderentur, pene pectus capite tulit. *Sueton. de Claris rhetor.*

In Cinnam Martialis Epigram. l. 8.

Hoc agere est causas, hoc dicere, Cinna, disertè, Horiis, Cinna, decem dicere verba novem:

Sed modo celsissimas ingenti voce petisti Quatuor, & quantum, Cinna, tacere potes!

Ad Novolum causidicum *Martialis Epigram. l. 1.*

Cum clamant omnes, loqueris tu, Nevole, tantum: Et te patronum, causidicumque putas.

Hac ratione potest nemo non esse disertus: Ecce tacenti omnes, Nevole, dic aliquid.

Henricus de Monteleone causarum procurator in curia Romana, senex admodum, sed parum felix, vulgò *Messer perde elpiato*, appellabatur, idest, Dominus perdens lites. Cum ab eo postularetur, cur in omnibus causis succumberet? Quoniam nullus, inquit, justam causam habens, ad me venit. Facta imperiti hominis responsio. *Poggius in Facetis.*

\* Cautio. Cautela.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Cautela, five cautio à verbo cavere, quod idem est, quod adhibere diligentiam, & providere rem aliquam, ne praeter examinationem, vel opinionem quid eveniat. Graeci *προβλεψιμῶν* appellant. Est autem ex mente Ciceronis 4. *Tuscul.* Cautio, declinatio à malis quibuscunque cum ratione facta, camque in Sapientibus duntaxat locum habere scribit. Igitur cautela ad providentiam pertinet, cum avertimus, & vitamus, ne quid adversi nobis eveniat. Jurisconsulti cautiones pro fidejussoribus usurpant, aut alii stipulationibus, per quas securitatem nobis praestamus. *Ulpian. l. ita autem d. Julianus ff. de admistrat. tutelae.*

CAUTI, PROVIDI, QUI, ET IN QUIBUS REBUS?

JULIUS Caesar nihil imperato opere potentius in re bellica dicebat, omniaque providenda, ne si quid adversi acciderit, dicendum foret turpe illud, Non putabam. Igitur ille in bello semper duas legiones in armis consistere voluit, & pro castris excubare, ut subito adesse praelio possent.

Laudata Pompeii vox, cum eum carperet Metellus Pius, quod nimium se fortunae credere, dicebat enim se Sylla discipulum, ac brevi ostensurum oportere bonum ducem non minus caute adspicere, quae sunt post terga, quam quae ante oculos habet. *Plut. in vita.*

Cautissimus fuit C. Marius, quem nulla hostilis illecebra, nullaque provocatio à sano consilio divertit, cumque Teutones magno numero in Italiam irruissent, & vallum castrorum ipsius sex diebus transfrent, ac Romanis illuderent, rogantes, numquid uxoribus vellent denunciari? sperare se eas illicò usuras: ac Biorix Cimbrorum rex eum vocaret, ut exercitum educeret, manufque cum illo confereret: ille, non esse moris, respondebat, ut ab hostibus Romani acciperent tempus pugnae: se tamen matutinum postera die edicere ad pugnam, signoque è vestigio dato, in hostem nihil expectantem irruit, & in honorabilem victoriam reportavit. *Idem.*

Ceterum non in re tantum militari, sed in omnibus actionibus humanis prudens cautio multum valet. Immo quibusvis est necessaria, ut ad propositum suum perveniant. Exempla obvia sunt, neque his adserenda, cum vix ullum negotium sit, quod prudentiores obeant, cui non haec virtus admiscetur.

Celeritas.

VELOCITAS, ταχύτης GRÆCE, IN EXPEDIENDO, PERFICIENDO, Abfolvendo.

QUI. PUTA.

REGES.

DIONYSIUS tunc maxime frui se dixit imperio, cum statim, quae vellet, efficeret. *Plut. ad principem indoctum.*

Celeritimus advolat Hector, inquit Manilius in *Iliade apud Priscianum.*

DUCEB. BELLICI.

VIRIATUS Lusitanus, ubi bellum aliquid mente conceperat, non prius accubebat mensa, aut in lecto quiescebat, quam propositum absolvisset. *Plut.*

SELYMUS Turcius Imp. cum nomine prudentem esse, agebat, qui quod proposuisset, non illicò exequeretur: quoniam in mora saepe amitteretur occasio, atque impedimentum designatae sententiae contrarium oboriretur. Ipsum certe fulminis instar ad res agendas ferri solum constabat. Unde etiam cognomen Hildrim traxit, quod lingua Turcica fulmen sonat. *Jovius in ejus vita.*

\* MILITES.

Celeres dicebantur milites ccc. quos Romulus ad sui corporis custodiam adhibebat, ob quod pro belli necessitate nunc equites, non pedes dimicarent. *Cas. in l. 2. ff. de Orig. juris.*

IN QUIBUS CELERES.

PUTA,

IMITANDO.

Vide Tit. Imitationis ingeniosa, quatenus illi jungitur celeritas.

ORANDO.

Exempla consule facilis, & extemporaneae Dictionis, quatenus facilitas junctam habet velocitatem.

SCRIBENDO.

De Cassio *Horat. lib. 1. Satyra 10.*

si quis pedibus quid claudere senis Hic tantum contentus, amet scripsisse ducentos Ante cibum versus, totidem canatus: *Hetrusci*

Quale fuit Cassi rapido ferventibus anne Ingenium: cassi quem fama esse, librisque Ambustum propriis.

Notarii sui admirandam celeritatem Alfonso eleganti epistola 22. celebrat. *Puer notarium praepetum, &c.*

Rex Ludovicus. *Vide Tit. Cursum, & Nunciarium.*

REMP. TRACTANDO.

Vacantibus Ecclesiis nullus Pontifex celerius, ac maturius consulit Nicolao V. cum eas statim optimo cuique, & idoneo committeret. Prius enim mores hominum, & doctrinam inspiciebat, deinde vacantes sedes his statim committebat, quod diceret, in mora periculum esse, cum non descent, qui divina etiam cupidissime diriperent, & occuparent. *Platina.*

SEDITIONEM SEDANDO.

M. Popilius consul cum sacrificium publicum cum lana faceret, quod erat flamen Carmentalis plebis, contra patres concii-



conciliatione nunciata, ut erat lana amictus, ita venit in concionem: seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit. Cic. in Bruto.

IN APPARATU BELLICO, IN Opera militari.

Vide Tit. Celeritate hostem circumvenire, Tit. hostis.

Nicias Atheniensium dux in Sicilia, ut fame Syracusanos ad deditorem compelleret, modico tempore Syracusas circumvallavit urbem Athenis non angustior, sed asperior locorum inaequalitate, & maris vicinitate, & propinquitate paludum ad eam muro tam longo in orbem circumficiendam. Consecit autem propinquitatem totum homo, qui nec firma valetudine ad tantas curas uteretur, verum laboraret reum dolore, cui quod residuum operis non fuerit exactum, jure ferendum est expensum. Et certe praedicanda est ducis sollicitudo, militumque fortitudo iis in rebus, quas praclare gesserunt. Plut. in Nicias.

Sutrium perveritum Hetruriae oppidum. Id olim defecerat à Romanis, cum quibus inierat societatem. L. Fur Camillus ad id delictus à senatu, ut eos cogere ad fidem. In se in apparatu comessatu multum temporis tereretur, utque Sutrii ipsa celeritate opprimeretur, edixit, ut singuli milites trium dierum comessatu secum exportarent. Id deinde verum est in proverbium, quod usurari consuevit, quoties aliquis suo sumptu navat operam alii. Sic enim interpretatur Festus Pompeius in fragmentis quibusdam, quae Romae inveniuntur. Arbitror eandem esse historiam, quam aliquanto aliter narrat Titus Livius lib. ab urbe condita 6. Erasmus in Adagis.

Cum de Sicilia possessione bellum Punicum primum inter Romanos, & Carthagenenses ortum esset, & Romani quidem tertia, Carthagenenses mari praerant: Romani de perducendo ad exitum bello desperantes, nisi hostium conatus mari ireturobiavi, de classe publicae paranda decretum tulerunt, quae centum viginti haberet naves, quarum centum quintuplici ordine gererentur, tertio reliquae. In hoc nauticae rei apparatus perveritum adificatio perdifficilis fuit, quare tunc nullus in Italia erat usus. Quo magis miranda est vetus illa animorum praerantia, populique Romani magnitudo, qui nauticae rei ad id tempus ignarus ita intrepidè pelagus tractare sic ausus, priusquam cum hoste navali praelio certaret, quam ullum fecerit rei maritimae periculum. Nam cum in Siciliam primo Romani transfretarunt, Tarentinorum, Locrensiu, & Rheginorum fuerant naves usi, cum ipsi ea tempestate ne lembum quidem ullum publicè possiderent: Eum per id tempus circa fretum plerumque Carthagenensium naves, ex quibus quinqueregis una femilacera forte ad Romanorum manus pervenit, hoc unum illis exemplar fuit ad novas adificandas. Hujus instar centum aliae fabrefactae brevi in portibus sederunt. Sed dum haec studio naves texuntur, multitudine ingens ad remedium exerebatur, subfelliis in arena dispositis futuri remedio insidentes, ad nutum, & vocem unius stantis, qui medio ordine versabatur, remorum pulsuum accommodabatur, intendentes remos unà, atque inhiabentes: moveri simul cuncti, ac simul residere. Siquae plures dies exercitii, posteaquam naves, quae instrudae erant, confederunt, veram in solo experientiam dedere, Cn. Cornelio Asina, & Duellio Coss. Cornelio classis data, qui in portu Liparitano inclusus, cum xviii. navibus se dedere coactus est.

Reliqua classis, Duellio duce, navali una pugna victrix praeter spem maris imperio posita est. Vario inde eventu per multos annos pugnatum, sicut tamen ut propter frequentia naufragia rei maritimae curam saepius abjecerint, maxime cum circa Siciliam 384. naves amississimas. Quia tamen urgente hoste haud dubie apparebat id bellum non aliter ad exitum perducere posse, summo studio classem repararunt. Caterum diuturni belli sumptu avario exhausto, privatim cives in hunc usum pecuniam contulerunt: Plerique quinqueregem unam proprio sumptu construere, & ornare non recularunt. Tanta tunc erat Reipublicae caritas, propagandique Imperii studium. cc. quinquereges, trium mensium spatio contextas, C. Lucretius Consul sub initium veris in Siciliam egit. Cujus auspiciis fractae sunt Carthagenensium opes, ut bello Punico primo, quod per xxiv. annos duraverat, finis sit impositus, pace facta, qua Romanis Siciliae possessionem hostes cessere. Sabell. l. 9. En. 4.

Carthagenenses à Rom. perfide traditis armis, & obfidibus circumventi, & tandem urbem quoque relinquere iussi, de operatione adactis ad bellum converti, servos omnes libertate donarunt. Omnia officina, negotia sacra, & profana in praesentem belli usum vertuntur. Omnis sexus, & aetas in medium operari, frumento, & labore partes diviso. Centum quadraginta clipei singulis diebus fiebant, trecenti enses, mille catapultae, sagittae, lanceae, & jacula quinquaginta. Mulieres quoque memorabili exemplo, cannabis, & lini inopia capillos sibi fecerunt. Duobus mensibus cxx. naves cataphractas construxerunt, & novum portum effodere, è quo subitò classis erupit. Sabell. lib. 8. En. 5. ex Livio, & Strabone lib. 17.

Cum P. Torn. Scipio Coss. creatus esset in Siciliam, eique permissum à senatu, ut si arbitraretur utile republicae esse, cum omni exercitu in Africam traiceret, in rebus necessariis comparandis maxima difficultas proponebatur, flos ob avaritiam inopiam, tum ob juventutis penuriam, cujus forem praerantia clades è Peno illa absumperant. Ipse tamen, ne tantae expectationi deesset, ingenti studio in apparatu belli intendit. Eraduerunt ei multi Hetruriae, atque Umbriae populi, quorum alii materiam ad fabricandas naves, alii arma, quidam frumentum, ac omnis generis commectum ad juvenum exercitum detulerunt. Quadragessimomodo die, quod vix cuiquam credibile videretur, fabricata, instructaque classe ex Italia decedens Scipio in Siciliam contendit. Aegor. vitæ.

Cum Bruti, & Cassii exercitus bello civili unà per Macedonia iter facerent, priore Brutus ad fluvium, in quo pontem jungi oportebat, pervenisset: Cassii tamen exercitus & in efficiendo ponte, & in transitu maturandum praecessit. Qui vigor disciplinae effectus, ne solum in operibus, verum etiam in summa belli praerantia Cassiani Brutianis. Frontinus libro 4. c. 2.

Cum Maximianum Herculeum de imperio invadendo cogitare Constantini Magni Milites accepissent, tanto perpendi nominis studio exarserunt, ut protinus à Constantino signum professionis poposcerint, nec viatico expectato, arreptis armis abierint. Itinerem, quod est à Rheno ad Ararim, integris viribus, animique flagrantibus sine ulla cunctatione confecto, naves exceperunt: quae in Cabilonensi statione ad reficienda corpora fuerant praeparatae, ibi segnem nimis, ac cunctabundum animum esse, ac carinis tacite labentibus, stare se, non ire, vociferantes, utum pedum manibus aggressi, navibus incubere, & naturam fluminis urgendo vicere. Quin etiam ab Arari ad Rhodanum progressi, ne ipsa quidem rapidissimi anni velocitate fuere contenti. Ubi vero Arelate profecti Maximianum se contulisse Massilian didicerunt, extemplo navibus egressi exercebant, & tyrannum captum strangularunt. Sigonius l. 2. Imper. occid.

Cum Mahometus II. Myfia potitus, ac reliqua Graecia pene omni, in Macedonia exercitum esset translaturus, Veneti Corinthiacum Isthmum munivere tanta celeritate, ut totam muri longitudinem, quae ab Jonio ad Aegeum mare tenditur quadraginta circiter stadia, quindecim dierum spacio duplici foela, subitanea molitione firmarint. Triginta millia hominum eo loco operata dicuntur. Veteris structurae faxa, quae ad manus fuere, materiam praebuerunt operis celeritate consummandi. Sabell. 3. Decadis octavo. Cusp.

VINCENDO.

ALEXANDRI victoria nihil velocius fuit, qui ab Illyrico, & Adriatico mari usque ad Indicum oceanum, & Gangem fluvium, non tam praerant, quam victoribus percurrit, & in sex annis partem Europae, & omnem sibi Asiam subjugavit. Hieron. in 7. c. Danielis.

Trium aut quatuor, ut quidam tradunt, mensium spacio, diffidillimum alioqui bellum piraticum à Cn. Pompejo celeritate maxima, dubium majore ducis virtute, ac felicitate, est confectum. Nempe intra quadragessimam diem, postquam Brundisio Pompejus solvit. Florus, & Cicero pro lege Manilia.

C. Julius Caesar Pharmacem Pontem regni adventu suo ludit, & incredibili celeritate castra hostium cepit. Quo contigit, ut hostibus primo congressu fugatis exclamaret: Hi sunt qui te magnum fecere, Pompei, & ad senatum scribens, his verbis victoriam celeritatem significavit, Veni, Vidi, Vici. Sabell. 7. Enneadis 6. Sed & inter triumphalis pompae ferula trium

trium verberum praetulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non a belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam. Suetonius.

Cum Radagaisus rex Sathyarum cum cc. millibus Romanis cervicibus immineret, uno die tanta celeritate victus est à Stilicone Honori Imper. socero, atque duce, ut ne uno quidem non dicam extincto, sed ne vulnerato Romanorum multo amplius, quam centum millium prostermeretur ejus exercitus, atque ipse cum filiis mox captus poena debita necaretur. Aug. l. 5. de Civit. Dei, c. 23.

ALEMANNI an. 287. receptis ex pestilentia viribus Rheum summa, ut affueverant, hyeme, quippe gelu duratum traiecerunt, ac proximis Galliarum agros hostiliter inierunt. Hanc rem cum Maximianus Imp. eodem die Treviris accepisset, quo intendi magistratus causa solennia vota concipiebat, usque adeo iram non tenuit, ut votis perfectis raptim sumptis armis exiret. Quae illi audacia felicissimè cessit, nam hostes palato adeptus, atque ex improvis aggressus, praecipiti agmine se transfluvium referre coegit. Sigonius l. 1. Imp. occid.

EDIFICANDO.

SALOMON rex Judaeorum sumptuosissimum templum Domino septem annis extruxit: ad regiam domum, longè minore, & sumptu, & ornatu, annis vix tredecim absolvit. Naeque in iis, quae ad Deum pertinent, longè majore alacritate praeditus esse oportet, quam in iis, quae ad homines pertinent. 3. Reg. 6. & Joseph. l. 8. Antiq. c. 5.

NABUCHODONOSOR Magnus xv. dierum spacio Babylonem munivit. Vide Tit. Sumptus liberalis in munitendis urbibus.

Semiramis Babylonem muro cinxit latericio, stadia cccxxv. in circuitu habentem. Singulis diebus stadium absolvit. Diod. l. 2. c. 4.

DIONYSIUS tyrannus Syracusanorum areas omnes ad portum vergentes, muro includit inexpugnabili, xx. dierum spacio. Diod. l. 14.

PERICLES sumptuosissimis adificiis Aggenas exornavit, venustate, & gratia incomparabili, celeritate incredibili. Quae enim arbitrarum vix multis successibus, & aevi singula in absoluta, in unius ea florecente administratione principis confecta fuere cuncta. Et quidem tum memorant, cum gloriantem pictorem Agatharcum, quod cito, & facile pingeret C. imagines, aduvisit Zeuxis, dixisse: ego verò longo tempore. Dexteris enim in faciendo, & acceleratio non addit pondus operi durabile, neque absolutam decorem: tempus verò ad producendum labori conjungitur, robur addit ad operis conservationem. Quo magis opera admiranda sunt Pericles, quae ad diuturnitatem modico perpetrata tempore fuere. Elegancia enim singula iam tum erant antiqua: fore in hanc usque diem recentia sunt, & novitia. Cum tyrocinium quoddam eluceat in eis, integrum ab injuria temporis speciem retinens: quasi habeant opera illa perpetuò virentem spiritum, & animam admixtam non emarcescentem. Plut. in Pericle.

C. GRACCHUS Tribunus plebis inter alias leges etiam tulit de viis munitendis, de edificandis horreis. His muneribus omnibus rectorem se, & dispensatorem praefecit, nihil in tot tantisque fatiscens negotiis. Immo incredibili celeritate, & labore, quasi singulis tantum incumberet, consummavit instituta opera: ut etiam illi, qui impensè oderant, & timebant, cum obstupefecerint expeditam ubique ejus, atque efficacem industriam. Plut.

Mirum apud antiquos primo Punico bello classem Duellii Hieronem ab arbore excisa lx. die navigasse. Contra vero D. Imperatoris regem cxxx. naves effectas diebus xv. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello Scipionis classis xi. die ritate posset. Plin. l. 16. c. 39.

Post victos à Camillo Gallos, cum augetur in dies urbana multitudo, urbs novis adificiis instaurata est, tantoque studio preparatum opus, ut intra annum Roma ex integro fieret. Sabell. l. 1. Ennead. 4.

PINGENDO.

AGATHARCUS pictor. Vide Apophthegmata. NICOMACHUS pictor ab Aristarcho Syconiorum tyranno ad pingendum monumentum Thelesti poete Dithyramborum conductus, praerantio die intra quem perageretur, non multo ante venit, accensoque in poenam tyranno, paucis diebus absolvit mira arte, & celeritate. Plin. l. 35.

Pictor, uti fertur, malus, offensa Apelli imagine: Hanc, inquit, modò pinxit. Qui, ut mihi non referas video pictam E properè: miror verò, quo minus ejusmodi pinxeris plures. Plut. de laetit. liber.

NAVIGANDO.

MILTIADES Cimonis F. ex Eleunte Chersonesi Thraciae (quae tunc Atheniensium ditionis erat) in Lemnum uno die delatus, insulam Atheniensibus adiecit, quod Pelasgi, qui insulam incolabant, ita demum se imperata facturos multo ante dixissent, si navis vento Aquilone acta, uno die ex Attica in Lemnum perveniret, quod fieri non posse sciebant, cum Attica australior multo sit, quam Lemnus. Herod. lib. 6.

Quod miraculum majus, herbam esse, quae admoveat Aegyptum Italiae: in tantum, ut Galerius à freto Siciliae Alexandriam septima die perveniret, Babilius: sexta, ambo praefecti: astate verò proxima Valerius Marianus ex praetoris senatoribus, à Putcolis nono die lenissimo flatu: herbam esse, quae Gades ad Herculis columnas septimo die Ostiam affert, & Citeriorem Hispaniam quarto, provinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flacco legato Vibii Crispi proconsulis? Plin. l. 19. in proem. de Lino.

ICELUS libertus Galbae septem diebus ex Hispania Romanam navigat. Vide Tit. Gratiud. pro nuncio filicii.

OCCURRENDO, APPARENDO.

Spartz Ephoris Reges affurgebant, atque ex populo, qui accitus esset ab eo, non lento gradu, sed cursim, & properè per forum volans; ostentabat civibus obsequiam suam: gloriabaturque in eo, quod honore magistratus profeceretur. Plut. in praecipis Politicis.

DIGNITATES CONFERENDO.

CAROLUS IX. Galliae rex, post memorabilem Tarentem cum Venetis Sforcianisque copiis pugnam, signis receptui canentibus, insignes aliquot ex suis ob eximiam, spectatamque virtutem equestri dignitate donavit: Quod statim fiebat, & maximi honoris loco habebatur, cum rex ipso gladio districto fortis humerum leviter percussisset. Jovius l. 2. biff.

\* GESTICULANDO, SALTANDO.

Refert in oper. subcis. p. 1. c. 75. Philippus Camerarius oculatus testis, in aula Principis Papebergenis fuisse hominem inter feras enutritum, ita celerem, ut & feles per testa assequeretur, manibus pedibusque instar quadrupedis reptando. Qui vidisse se scribit inter prandendum hunc hominem in humeros unius è convivis insillisse, & inde in mensam, intactis poculis, aut vasis, ab hac in loca sublimiora, istar Simiae, aut felis nostratis, cum omnium admiratione.

Talis etiam pernicitas legitur fuisse in Habida filio Gargaris Regis Curetum, cujus mentionem facit Justinus Historicus lib. 44. de quo Vide Titulum Educationis, S. inter bruta educati.

Quaeratur etiam Tit. de Cursu, Agilitate, Velocitate.

\* APOPHTHEGMATA.

SOCRATES, qui fructus praecoces magno emerent, eos ajebat desperare, quod ad tempus maturitatis essent pervertunt. Alioqui stultum est, & plus, & deterius emere, cum paulò post liceat, & minoris, & melioris. Ita nusquam non revocabat hominum cupiditates rationis expertes, ad sobrium judicium. Eras. m. l. 3. Apoph.

APELLES pictori imperito de celeritate gloriantis, & offensa tabula dicens: Hanc modo pinxi. Etiam si cautesis, inquit Apelles, res ipsa loquitur, quod eam ex tempore subito pinxeris. Eras. l. 6. Apoph.

AGATHARCHUS sele jactabat de pingendi celeritate, cum Zeuzis diutius immoraretur operi. At Zeuzis respondit, ea, quae cito sunt, cito perire: contra, quae paulatim exacta cura absolventur, atatem ferre. Juxta Valerium ita respondit: diu pingo, quia pingo aeternitati. Citò nata, citò percut: diu elaborata, ferunt aetatem. Beta citò nascitur, bulus paulatim. Eras. l. 6. Apoph. Val. Max. 19. Plut. in Pericle.

AUGUSTUS Caesar dicere solebat, nihil minus in perfectum ducem convenire, quam festinationem, ac temeritatem, crebroque illud jactabat, σπουδὴ βραδύς, ἀσπαρὸς γὰρ ἐστὶ ἀγένη νοῦς ἡσπασίς ἀσπυρὸς. Suetonius. Vide praeterea proverbium apud Eras. Festina lente.



JULIUS Caesar, ea facinorâ, quæ periculo obnoxia sunt, & magna, gerenda esse dicebat: at de his non consulendum, eo quod ad hæc perficienda plurimum habeat momenti celeritas. Plut. in Apoph. Idem cum Pharnacem primo congressu vicisset, amicis scripsit, Veni, vidi, vici: summam rei bene gesta celeritatem indicans. Plur. in Apoph.

Vide Tir. de Carmine Epigramma Lxxviii.

Censura. Censores.

Vide sub Titulo de Magistratu, §. Censores.

\* CENSORES LIBRORUM.

Propter occurrentem librorum de quovis argumento multitudinem propè infinitam, quodque non expediat sine Reipublica, sive etiam privato unicuique, quævis scripta inspicere, moreque formare, sed cum plerumque multum exinde mali, cum in moribus, tum in rebus fidei redundet, admodum providè sedes Apostolica decrevit, ut in uribus celebrioribus, maxime ubi librorum major est copia, unus vel plures librorum Censores ab Episcopo constituerentur, qui libros omnes prælo committendos examinent: item catalogum eorum, qui aliunde advehuntur: denique Bibliothecas perlustrant, & Bibliopolarum officinas, ac quovis modo impediunt, ne libri noxii, sive in negotio Religionis, sive morum, aut politicæ etiam, in vulgus spargantur. Is etiam incumbit, errores qui subinde in libris non nullis irrepserunt, expurgare juxta tenorem indicis desuper emanati.

Librorum vero prohibitorum Index à Concilio Tridentino deputatis jam olim confectus fuit, certaque regulæ conceptæ, ac instructio formata, juxta quam fe debeant conformare Inquisitores, & librorum Censores.

MORUM CENSORES.

ZETHAI, Quæritores, magistratus quidam Athenis, certis temporibus creati soliti, si quando rempublicæ ledentes inquirendi erant: aut ii deferendi, qui pecuniam civitati debitam non solverant. Suidas.

Censura apud Siculos magni nominis fuit: nam cum omnes Siculi ex censu tributa conferant, omnis potestas æstimationis faciendæ censori permittitur. Hanc etiam institutionem Carthaginensibus fuisse accipimus, ut illi præfectum morum, & vitæ magistratum habeant: quem ferunt in Hamilcarem animadvertisse, congressumque cum Hasdrubale tunc id primo flore ætatis vetuisse, quæ multi obloquebantur, quod parum integra fama essent. Alex. lib. 3. c. 13.

Censura fastigium quoddam est honorum omnium, & quodammodo omnium in rebus actionum consummatio apud Rom. præfulgetque cum ingenti alia auctoritate, tum morum, & vitæ judicio: neque enim vel matrimonium, vel sobolis procreationem, vel quotidianum victum, vel convivium solum, & liberum indagare, quæ cujusque libido, & institutum sit, arbitrabantur præmittendum. Quod autem longè ex his acutius, quam ex publicis, & civilibus actionibus mores hominum perspicere putant, custodem, & moderatorem, correctoremque, ne quis ad voluptates deflueret, aut excederet patria, & vetera instituta, deliquissent unum ex nobilitate, alterum ex plebe. Censores hos appellabant. Potestas erat eis equum admendi, senatu movendi eum, qui vitam agebat turpem, & libidinosam. Hi etiam censum, atque ex eo ordines, & munera distinguebant, aliarumque rerum habet is magistratus arbitrium. Plur. in Catone. M. Gegano Macerino, & T. Quintio Capitolino Cossi primi in urbe Censores creati: mentione primum in senatu facta magistratu opus esse, cui scribarum ministerium, tabularum cura, censendi formula subiaceretur. Res parva à principio, sed quæ procedente tempore multo majora, quam ab initio credibile fuerit, habuit incrementa. Tanta mox dignatio secuta est: tantaque auctoritas, ut omnis morum, civilisque discipline ratio Censuram elicit: regimen ad hæc senatus, equitum, centuriarum, omne decoris, & ignominie discrimen: horum privata, publicaque loca recognoscere, vestigialia populi Romani suo arbitrio locare. Primitivum creati Scamponius Attacinus, & L. Papyrius Mugilanus. Fuitque hic annus, qui primos habuit censores, trecentis ab urbe condita, ac duodecimus. Sub. l. 5. Ennead. 3. tametsi Servium Tullium, à quo jura militiæ con-

stituta sunt, primum censorem fuisse, nonnulli credant, quod populum Rom. primus censuisset. Hic magistratus est à principio quinquennalis, postea à Mamercio Æmilio dictatore cæsum fuit, ut annua, & semestris censura foret. Cujus rei causa ipse Æmilius, quod veterem censuram statum citrà præsumtum minuit, à proximis censoribus tribu motus, & ætarius factus est. Ad quem licet à principio admitterentur patritii solum, postea P. Philone dictatore alter censorum, deinde Q. Pompeio, & Metello consulis, uterque ex plebe censores creati. Demum eò dignationis venit, ut nisi clari, illustresque, post triumphos, & consulatus illam expectent. Hi censendi populi, & lustrandi faciendi causa, ab initio creati, præ eò processere, ut maximam, minimamque rerum, præcipue circa morum disciplinam, cognitionem, animadversionemque haberent. Nam de juramento cognoscere, & in perjuris animadvertere, epularum sumptus cohibere, senatores legere, & cooperare, summotis indignissimis, & honestissimis allectis: principem senatus constituere, immeritoque propter turpitudinem, sordisque vitæ, senatu, vel tribu emovere, notisque ignominia afficere, aut in certum tabulas referre etiam ædilem, quæ forentque. Tum illos, qui agrum malecolerent, aut incuriosè haberent, perditosque, & profanos nepotes, parumque honestis moribus viventes, aut verbis incivilibus loquentes, ætarios facere, censoria potestas erat. Legis censoria verba sunt hæc: Censores populifolios, familiarumque censito, pecuniæque urbis, templa, vias, ætariam, vestigialia tuentor: populique partes in tribus distribuunt, & pecunias in civitatis ordine partiuunt, equitum peditumque prolem distribuunt, cælibes esse prohibent, mores populi regunt, probrum in senatu ne relinquunt: bini sumo magistratum quinquennium habent: reliqui magistratus annui sunt, eaque potestas semper est. Exceptis consulis præfecto urbis, rege factorum, & Vestalibus virginibus, circa disciplinam morum in omnes magistratus censere, & animadvertere poterant. Animadversum est, de nulla re censores, quam de jure jurando severius judicare consuevit. Nimiam Censuram potestatem esse rati, mucronem censorium multis remediis retulerunt, & ne impune insolecerent, censuræ extenuatis viribus, gravibus edictis coerciti sunt. Quare P. Clodius in tribunatu plebiscito famix, ne quem censores notarent, nisi antea legitime accusatus, & utriusque censoris judicio damnatus foret: in tantum ut Metello censoris, quod minus justè poenam irrogasset, aqua & igni interdictum fuerit. Inter opera censoria in primis cibaria anserum, qui pervigilem curam gerunt in Capitolio, quod olivæ urbis custodes, & imperii, Jovemque miniadum: ex vestigialibus vero lacus Lucrinus erudens boni hominis causa, locatî consuevit: quibus censoribus incumbat locadonis leges dicere. Sicut Athenis apodæta, qui collationibus, & vestigialibus prærant, quorum judicio quicquid controversæ erat in publicis collationibus, decernebatur. Cura etiam historiæ inter opera censoria non in postremis erat. Hi qui censoria nota antea notati fuerit, licet censores possent creare, & quo minus crearentur, censoria nota minus officiat: tamen hi, qui censuram gessissent, quamvis laudabiliter, iterum censores creati, aut ad munus censorium admitti, nullo modo poterant. Idque exemplo C. Græci, quia L. Metello, & Cn. Domitio censoribus, senatu motus, & ignominia notatus, haud longo post intervallo, obliata memoria decoris, & permittis civium animis, ad censuram veteris fuit. Alex. l. 3. c. 13.

Veneri Censuram loco tres Advocatos creat, quorum censura leges imprimis observari præcipiuntur: ut si quid contra eas ab aliquo vel tantillum attentatum fuerit, ipsi simul tres vel singuli, jus habeant summum intercedendi, demul tendique crimen ad fe delatum, vel ad Quadraginta virale Consilium: vel, si quid gravius contra leges admiffum fuerit, Senatui referant: ut tamen, si eis etiam id videatur, in majori consilio totius civitatis interim agant: ut cum ipsis Advocatoribus intercedendi potestas summa concessa traditaque sit de capite reque aliena referendi, nihil tamen per fe statueri ipsi valeant ad extremum, sed consiliorum arbitrio, suffragationeque reus aut condemnetur, aut absolvatur. Egnat. lib. 2. cap. 4.

Idem argumentum tractatur in Loco de Injustitia, Tit. Morum Censores.

CENSORIÆ NOTE.

Vide in loco Scriptiois. Tit. Notæ varie.

\* CEN-

\* CENSURA.

Ecclesiastica.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Interrogatus Innocentius III. Pont. in c. Querentis, quid censura nomine venit intelligendum: sola portione respondet, intelligi scilicet excommunicationem, suspensionem, &c. nulla data descriptione.

Censura est igitur nihil aliud quam severa correctio, sive poena, aut multa. Et censura Ecclesiastica est poena spiritualis, & medicinalis, privans usu aliquorum bonorum spiritualium, per potestatem Ecclesiasticam imposita imposita, ut per eandem ordinariè absolvi possit. Est enim censura vinculum dissolubile moraliter ex institutione sua: dicta quasi censio, quod castigationem significat. Ignovis Græcè.

SPECIES.

Censuræ Ecclesiasticæ tres sunt species: Excommunicatio suspensio, & interdictum. Irregularitas proprie censura non est, sed impedimentum quoddam, non necessario ex delicto sequitur, sed etiam ex aliquo defectu. De his speciebus censuræ consularum proprii cujusque tituli suis locis.

CAUSA EFFICIENTES.

Omnia censura jure humano est instituta, neque enim Christus usquam instituit per seipsum immediate, ut tali vel tali poena, determinando ipsius modum, Ecclesia uteretur, sed illa per potestatem in generali acceptam, ea omnia in particulari definit.

Quin solo jure divino, nulli peccato annexa est censura, ut in specie tali delicto talis applicari debeat censura. Quamvis plerique contrarium sentiant.

Causa efficiens in particulari, & quidem unde emanavit potestas in hominibus ferendi censuras.

Christus Apostolis suis apud Matth. c. 16. & 18. potestatem consulit jurisdictionis, tam eam, quæ ordinatur ad forum sacramentale, & pertinet ad regimen conscientie, & dicitur interior: quam illam, quæ ordinatur ad regimen Ecclesiæ in foro exteriori, per leges, & judicia, sacramque Reipublicam instituentiam, & dicitur exterior. Verba ipsius, quibus utraque conferuntur, sunt. Quodcumque ligaveris (sive ligaveris) super terram, erit ligatum &c. in cælis, &c. Ubi generalis locutio (quodcumque) extendit se ad omnia, quæ ad convenientiam Ecclesiæ regimen sunt necessaria. Etiam verbum ligandi, optime censuræ vinculum exprimit, ut quod additur: erit ligatum & in cælis, indicat potestatem hanc esse supernaturalem. Denique esse mentem, & intentionem fori contentiois, verba præcedentia declarant: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, &c. q. d. separat utraque indignum Ecclesiasticam communicatione, & fructu. Volunt plerique Doctores, Christum his locis duntaxat promississe Apostolis, & Ecclesiæ hanc potestatem, consulisse vero post resurrectionem tum quando dixit, sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Joan. 20. hoc est, quæ auctoritate Pater me misit, eadem ego vos mitto, ut prædicetis, gubernetis, & ditigatis mundum in viam salutis, & veritatis: ubi particula (sicut) similitudinem cum proportionem, non æqualitatem significat, tum quando Petrus Ecclesiæ suæ pastorem constituit, dicens: Pasce oves meas. Joan. 21. quibus verbis ei contulit, quæquid ad regimen ovilis sui necessarium, vel utile foret: videatur Card. Bellarm. l. 1. de Reg. Pontif. c. 15. Turracem. l. 2. Summ. Eccl. c. 77.

AN USI HAC POTESTATE APOSTOLI? Ufos fuisse Apostolos hæc à Christo sibi data potestate, Paulus satis declarat, dum scribit Corinthiis, Nam estis amplius gloriosi fuero de potestate, quam dedit nobis Christus in ædificationem, &c. non vobis. 2. Cor. 12. & c. 13. subdit Quoniam si venero iterum, non parcam, & infra. Ideo absens scribo, ut non præsum durius agam, secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi. Quam etiam potestatem coercivam optime comparat 1. Cor. 4. dicens: Quid vultis: in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

Deinde hæc potestate utitur 1. Cor. 5. adversis incestuosum illum fornicarium, dum scribit: Ego autem absens corpore, præsum spiritum juri judicavi, ut præsum eum, qui sic operatus est, &c. Et 1. ad Tim. 1. autem ejusdem potestatis indicat, cum ait: Ex quibus est Hymeneus, & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.

Hæc etiam potestate usus existimatur Petrus, quando dixit

Simoni Mago Ath. 8. Non est tibi pars, neque sortis in sermone isto. Quod enim illis verbis Simconem excommunicaverit, & ab Ecclesiâ egerit, constat ex Canon. 30. Apostolorum. AN SEMPER IN ECCLESIA Uturpata.

Apostolos à Christo accepisse potestatem ferendi censuras, eaque fuisse usos, ex locis superioribus abundè convincitur. Eumque usum tenuisse usque ad hæc nostra tempora Romanos Pontifices, constat ex omnibus pene epistolis decretalibus. Concilia quoque hujus meminerunt, eamque adversus hæreticos, & Ecclesiæ rebelles quoscumque etiam Imperatores, & reges exercuerunt, ut sit supervacaneum in particulari plura de his recensere. Legatur etiam S. August. in 2. retract. cap. 17. Cbryst. bom. 4. in Epist. ad Hebr. & alii.

PER QUOS INSTITUI, ET FERRI possunt censura.

Censuras instituire, & ferre, primario, & per se ad summum Pontificem spectat, ut à quo tres illæ censurarum species in Ecclesiâ jam olim decretae fuerint.

Episcopi etiam, qui habent proprios Episcopatus, jure ordinario habent hæc potestatem. Comitatur enim hæc potestas munus pastorale, quod Episcopi habent, unde ad subditos eorum se extendit duntaxat.

Quod de Episcopis dicimus, multo magis locum habet in aliis, qui in ordine Hierarchico Episcopis sunt superiores, puta Archiepiscopis, Patriarchis, &c.

Deinde Legatus à Latere Pontificis habet hæc potestatem ex c. Legatus, in 6. Insuper Vicarius Episcopi, gloss. in c. licet, de offi. Vicar. Denique vicarius à Capitulo electus Sede vacante juxta decretum Concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 6. Quo fit ut Capitulum à fortiori tunc eam habeat potestatem ex c. cum olim, de Major. & obedient.

Insuper plerique Abbates, Archidiaconi, Archiepiscopi, & hæc etiam jurisdictionem in Ecclesiâ sibi communicatam habent.

Concilium generale quoque, & provinciale, ex usu Ecclesiæ hæc etiam potestatem exercere potest, ut constat ex cap. grave nimis, de præbend.

Reliqua vero hujus Argumenti videantur apud Summas, ac nominatim Franc. Suar. in trad. de Censuris.

Vide infra de Excommunicatione.

Census.

Vide locum de Exactione.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Census vocabulum variè accipitur, ut docet Covarruvias l. 3. var. cap. 7. nu. 1. Primo pro æstimatione fortunarum cujusque, quæ fieri solet, ut sciatur quantum quisque tributi pendere Principi debeat, est namque censere idem, quod æstimare. Secundo pro fortunis ipsis, quæ æstimantur, juxta illud, Dat census honores, census amicitias. Tertio pro tributo ipso, quomodo Pharisæi Christum percontantur Matth. 22. Licetne censum dare Casari? Denique accipitur pro jure, quod quis habet in re alterius, ut ex ea quotannis aliquid solvatur: etque jure percipiendi annum pensionem ex re, vel persona alterius. Priores autem acceptiones presentis sunt loci, cum posterior ad locum de Contradibus pertineat.

CENSUS CIVIUM ACTUS.

NEMPE

Aquibus.

Census agendi, & tributi ex censu imperandi pariter, atque conferendi initium factum est apud Hebræos, cum de ea re Deus mandatum Moysi dederit, Exod. 30. In solitudine montis Sinæ Israelitas censuit Moyses, ex Domini præcepto, omnes qui annum vigesimum excessissent, & arma ferre possent: quibus tributi decem suum præstitit. Levitas Domino devotos inter milites non censuit, sed separatim ad 22. millia mascululorum, qui mensum excessissent, eosque oracularis tabernaculi curam habere jussit. Habito igitur censu per Moysen, & Aaronem, perque duodecim primarios Israelitarum, singularum familiarum singulos, summa omnium, qui arma ferre possent, fuit sexcenta tria millia, quingenti quinquaginta, cum ante 300. annos Jacob cum 72. animabus tantum in Ægyptum venisset. Habitus autem est census iste anno secundo, die prima-



ma secundi mensis post exitum ex Aegypto, postquam legem a Domino jam acceperant. Num. 1. Secundo censuit illos Moyses, & Eleazarus Aaronis F. Pont. in campo Moabitico apud Jordanem Hierichuntinum, cum jam Sehor Amorrhorum, & Og regem Basam vicerent. Summa recentiorum Israelitarum, qui 20. annos excessissent, & arma ferre possent, sexcenta millia, mille septingenti triginta. Levitarum omnium, qui mensis excessissent, viginti tria millia, in quibus nemo fuit eorum, qui a Moysē, & Aaronē sacerdote censui fuerant prius in desertis Sinæ, quoniam 40. annis propter peccatum suum in solitudine attriti perierunt. His præcepit Moyses, ut terræ possessio pro capitum numero ita divideretur, ut quanto quasque rebus populosior esset, tanto plus possideret, pro ratione recentiorum distribuitur forte possessionibus inter tribules. Num. 26.

DAVID rex nulla adactus necessitate populum suum censificavit, & licet incogitans elusit oraculum illud Abraham datum: Ita multiplicandos Jacobæos, ut eorum numerus haberet non posset. Census a Joab Polemarcho novem mensibus, & viginti diebus fuit peractus, & recentia eorum, qui xx. annis majores essent Israelitarum octingenta millia, 1. Reg. 24. Par. 27. ubi census a Joab cæptum quidem, sed non peractum scribitur, quod minores xx. annis non essent recentia, Deo ita pestilentiam imminente Israelitis. Salomone F. suo rege creato populum recensuit, & sacerdotes Levitas, milites in certas classes distribuit. Josephus lib. 6. Antiquitatum, cap. 15.

AMASIAS Judæorum rex, Jos F. recensuit populum, & invenit trecenta millia ex Judæis, & Beniamitis, qui arma ferre possent. 2. Par. 25.

Roma anno Urbis cond. 356. Coss. A. Sempronio Atratinio, & M. Minutio Augurino, censa sunt 120. millia. Rursum anno 288. T. Quintio Capitolino Barbato III. & Q. Fabio Vibulano II. Coss. censa sunt civium capita 224214. Anno Urbis 294. Q. Fab. Vibulano III. & L. Corn. Maluginensi Coss. quamvis superioribus annis pestilentia maxima urbem afflixisset, censa sunt capita 132419. Anno, Urbis 488. M. Max. Q. Mamilio Vitulo Coss. censa sunt civium capita 292734. anno post bellum Punicum primum coepit. Anno Urbis 639. M. Atrilio Balbo, C. Porcio Catone Coss. censa sunt civium capita 384336.

L. PAULUS Emilius, & Marcus Philippus Censores, C. censum populigerunt, & lustrum condiderunt. Censa sunt civium capita trecenta triginta septem millia, cccc. lxxi. Plut. in Paulo.

C. Jul. Cæsar post bella civilia censu acto, pro trecentis viginti millibus civium, quo superiore censu fuerant, censi fuit in totum centum quatuordecim millia. Tantam inflavit bellum civile cladem, tantamque populi portionem absumpsit: ut taceam acceptas per reliquam Italianam, & provincias calamitates. Plut. in Cæsare.

Augusto cum visum esset numerare omnes Romani Imperii incolæ, ut sciret quanta esset multitudo, reperit myriades cccxxm. & xviii. viros. Suidas.

Sub Claudio Imp. sexagesies novies centum, & quadraginta quatuor civium millia Romæ censa fuisse, ait Eusebius, quantum hominum numerum ne totam quidem Italianam ex omni collusione gentium efficere potuissent credere par est. Sab. 12. Ennsad. 7.

Dum Christum venientem Capharnaum pro didragmate (erat is nummus fortassis valoris trium solidorum) interpellat, Petrum in domo prævertens: Quid tibi videtur inquit, Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis, an ab alienis? & illo dicente, ab alienis; subinfert Christus ergo filii sunt liberi, declarans naturales filios non solere parentibus pendere tributum, aut censum. Ibid. c. 17.

Quomodo.

CEROPS Atheniensium rex, cum videret indigenas mirum in modum crevisse, ut populum facilis numeraret, iussit singulos per certum quandam locum transire, & lapidem in acervum jacere. Cum paruisset, ipse postea lapides numerans, censum populi instituit. Dicitur fuit idcirco ab hac censendi ratione Atticæ populi, λέλοι, λέλοι, hoc est, a lapidibus quos in acervum congererant. Euseb. in 1. liados. Quamvis alii fabulam a Daucalione ducant.

Agamemnon censum Græcorum symposiacum instituit. Iliad. 8. iniquens.

si nota si δοκίμας διακοσμήσαι ἀγαυοί. τῶν δ' ἀδρα βίαιον ἰδοίμεθα ἀνθρώπων, πολλὰ καὶ δειλάς δεινότερον ὀνόμαζον. ἴδον ἴσθ' οὐκ ἄνδρας ἰπποῦντας ἴσθ' ἀγαυοί.

Scytharum rex quidam quomodo Scythiæ populositatem collegerit, & Pete ex Titul. Prudentiæ in censu agendo.

Census primus omnium Serv. Tullus rex instituit, rem, veluti Livius ait, saluberrimam tanto futuram imperio: ex quo belli, pacisque munia non vitium, ut antè, sed pro possessione pecuniarum, cives obirent: quorum classes (id est, ordines) quinque rescriptit. Prima itaque classis fuit ex iis, qui centum millium æris, aut majorem censum haberent, quos in octingentas centurias divisit, in quadragenas seniorum, ac totidem juniorum, seniores ad urbis custodiam ut præstito essent, juniores ut foris bella gererent, arma imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica tela in hostem, hasta, & gladius. Secunda classis intra centum urbe ad lxxviii. censum instituta, & ex his senioribus, junioribusque xx. conscriptæ sunt centuriæ, armaque imperata præter loricas omnia eadem. Tertia classis in L. millium censum esse voluit: totidem centuriæ sunt rescriptæ. In quarta classe census xxviii. totidem centuriæ factæ. Quinta classis undecim millibus censebatur. Centum æra (nam æs nummulus erat) non pluris fuerat uno nostro ducato sive coronato auro, ac ita mille æra valere decem aureos, & primæ igitur classis æstimatus est mille aureis, secundæ septingentis, & quinquaginta, tertiæ quingentis, quartæ ducentis, & quinquaginta, quintæ verò centum, & decem. At maximus Servio Tullo rege census, teste Plin. 1. 33. fuit assium centum, & decem millia, ex quibus summa fit mille, & centum aureorum. Et hæc, ut ait idem Plin. prima classis, ad eod id temporis Romanorum opes exigua fuerant, quæ post hæc immanè exitere, quando auctore Tranq. census senatorius fuit duodecies centena millia festeriū numerum. Singula festeria valebant vicenos quos aureos, sic ut centum festeria summam facerent duorum millium, & quingentorum aureorum. Hac ratione census senatorius fuit ad numerum triginta millium auroreum, & æque festeri duodecim millium, & quingentorum, cum constaret d. festeriis. Polyd. lib. 2. c. 3. de rerum invent.

Cum in censendo finis erat factus, lustrum conditum appellabatur, quod tum Servius exercitum omnem sue, ove, tauris, & riuque tribus lustravit, hoc est, purgavit: idque lustrum quinto quoque anno Romæ condebatur, cum Censores numero duo creabantur, qui censum agerent: is postea magistratus annuus factus, & eique morum civitatis cura est tradita. Item cum vestigalia, & tributa solvebantur, tum fiebat sacrificium civitatis purgandæ causâ. Ex quo perinde Romani annos etiam per lustrum numerabant, atque Græci per Olympiades. Polyd. 1. 2. c. 3. de rerum invent.

Cestius Florus, qui præfex Syriae fuit sub initia belli Judaici, Hierosolymorum civitatis florem Neroni significare cupiens, contemnit nationem Judæorum, a pontificibus petit, ut si quomodo possent, multitudinem numerarent. Illi autem, cum dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando à nona hora urbe ad eadem hostias cadunt, per singulas verò contubernia non pauciorum quam decem viros sumunt (solum enim cupulari non licet) multi etiam vicini conveniunt: hostiarum ducenta, & quinquaginta sex millia, & quingentas numeraverunt. Fiant autem, ut denos epulatores per singulas impudentes, vices centena, ac septingentena millia, sancti omnes, ac puri: nec enim leprosis, five vitiligini-H. nosis, aut semine fluentibus, quos gonorrhoeicos vocant, neque mulieribus menstruo cruore pollutis, neque aliis inquinatis participare sacrificia permittebatur: sed nec alienis quidem, nisi qui religionis causâ venissent. Josephus lib. 7. cap. 17. belli Jud.

Census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Utrunque testatur Livius in vita ipsius Servii Tullii.

Cur.

Census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Utrunque testatur Livius in vita ipsius Servii Tullii.

Quibus dandus.

Phariseis cum Herodianis ad Christum tentandum accedentibus, dum quaerunt: Licetne censum dare Cæsari, an non? Christus non quid liceat tantum, sed quid fieri debeat, imperans, visâ numismatis, quod exhibent inscriptione, ima-

Cur.

Census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Utrunque testatur Livius in vita ipsius Servii Tullii.

Quibus dandus.

Phariseis cum Herodianis ad Christum tentandum accedentibus, dum quaerunt: Licetne censum dare Cæsari, an non? Christus non quid liceat tantum, sed quid fieri debeat, imperans, visâ numismatis, quod exhibent inscriptione, ima-

Cur.

Census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Utrunque testatur Livius in vita ipsius Servii Tullii.

Quibus dandus.

Phariseis cum Herodianis ad Christum tentandum accedentibus, dum quaerunt: Licetne censum dare Cæsari, an non? Christus non quid liceat tantum, sed quid fieri debeat, imperans, visâ numismatis, quod exhibent inscriptione, ima-

Cur.

Census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Utrunque testatur Livius in vita ipsius Servii Tullii.

Quibus dandus.

Phariseis cum Herodianis ad Christum tentandum accedentibus, dum quaerunt: Licetne censum dare Cæsari, an non? Christus non quid liceat tantum, sed quid fieri debeat, imperans, visâ numismatis, quod exhibent inscriptione, ima-

Cur.

Census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Utrunque testatur Livius in vita ipsius Servii Tullii.

Quibus dandus.

Phariseis cum Herodianis ad Christum tentandum accedentibus, dum quaerunt: Licetne censum dare Cæsari, an non? Christus non quid liceat tantum, sed quid fieri debeat, imperans, visâ numismatis, quod exhibent inscriptione, ima-

& imagine, Reddit, inquit, quæ sunt Cæsari, Cæsari: & quæ a Deo, Deo, quod alio in loco his verbis Apostolus: Cui honorem, honorem: cui tributum, tributum. Matth. c. 22.

CIRCA CENSUUM EXACT. MITES.

\* Mites admodum, & temperatus, ut in aliis omnibus, circa hanc Censuum exactiorem fuit Constantinus: ab ejus ore sæpe sæpius audita est memoranda illa vox: Communes regni opes fuscibus à communitate afferuntur, quam si eas nos ipsi recedimus. Verè prudens Imperator, qui suam potentiam in civium potentia collocabat. Euseb. hist. Eccl. 11. c. 10. Beyer. in Apophtheg.

\* Cera. Cereus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Cera xipis Græcè, est id, quod melle ex favis expresso remanet. Fit enim autore Plinio, & teste experientia, favis expressis, & aqua purificatis: & liquatis in fictili, ac tandem colatis. 1. 21. c. 14. Hinc dicitur voluit a xeribus vel xeribus: fit namque liquatis calore ignis favis. Arabes Kirceram dicunt. Meminit Plutarchus ejuisdem radicis, cui nomen Cera, quæ læti admixta inopiam sublevasse tempore Cæsaris commemoratur. Refert Theophrastus eam crescere apud Arcadas, 1. 9. c. 14. bist. Plant. eamque elixam pastinacæ in modum edendam tradit Dioscorides. A Cera fit Cereus, estque funale, five candelæ cera obducta. Hinc Martialis. Hic tibi nocturnos præstabit Cereus ignes.

CEREI USUS.

Ut nihil dicamus de Cereis, five candelis è cera confectis, de quibus paulo post, certum est veteres ante inventam papyrum, pugillares suos cera obducere consuevisse, iisque, quæ vellent, interspississe. Unde & pro Epistolis, ac pugillaribus usurpatur apud Juven. Nonne libet medio Ceras implere capere? Quadretur! Hinc in cereis illis annotabat, prout nos hodie nostra in diarium referimus. Testis est Plinius 1. 1. Epist. Erant in proximo, stylus (instrumentum calatorum quo olim sculpebant) & pugillares, medicabatur aliqua, annotabaturque, ut si manus vacuas, plenas tamen cerea reportarem. Hoc est, quod apud veteres reperiantur hæc formula loquendi, in prima cera, in secunda, vel infima cera, pro eo quod nos primam, vel ultimam paginam diceremus.

Deinde & Tabulas cera obducebant, quibus & Leges, & Testamenta inscribebant, de quibus vide locum de tabula. Deorum quoque statuas incerbant, ut iis, quæ impetrare vellent, ab iisdem inforberent, unde Juven. Sat. 10. Genus incereare Deorum. Etiam dolla, & vasa obduci cera olim solita, refert Columella L. 20. c. 50.

USUS CEREBORUM, SIVE CANDELARUM CEREBORUM.

Existimant nonnulli in antiquo Testamento, neque sevi, vel sebi, neque cere usum fuisse, ex eo quod in celebri illo candelabro nulla illius, aut candelarum mentio fiat, frequenter tamen lampadum, & lucernarum.

Verum in utroque Testamento fit frequens memoria facularum, & facium. Primum enim legitimus Antiochum Regem à Judæis exceptum cum facularum luminibus. 2. Machab. 4.

Elizæ propheta verbum comparatur faculæ cadenti. Eccles. 48. ad comprehendendum Christum venerunt cum latemis, & facibus. 48. Joan. 18.

Etiam Christus in parabola Evangelica id insinuat, dum regnum celorum comparat virginibus, quæ accensis lampadibus obviâ ibant sponso, & sponzæ. Ubialiqui per lampades cereos intelligunt, five nuptiales faces, quarum usus erat frequentissimus olim, etiam Hieronymo teste, Epist. 20. ad Marcellam, quamvis nomen olei videatur aliud insinuare. DAVID Psal. 21. meminit cere liquescentis ante faciem ignis: item cere fluentis, aliis locis, alludens ad cereos, qui fluente cera consueverunt.

Ceræ in Ecclesia semper fuit adhibita cereorum ceremoniis, ut constat ex Cere Paschali: item illo, qui baptizatis olim dabatur in manibus, & etiam nunc in usu est, ex Apostolica traditione. Vide, quæ de priori diximus Tit. de Benedictionibus de posteriori scriptis Joan. Steph. Durant. 1. 1. de ritibus Eccl. 19. n. 41.

Canon etiam Apostolorum 61. vel ut alii 71. damnat furem ceræ Ecclesie excommunicatione, & restitutionem quintæ parvis supra id, quod abstulerat, imperat.

De candelis in festo Purificationis consecrati, five benedicti solitis, egimus Tit. de Benedictionibus. Vide Cereorum antiquitas infra.

IN TEMPLIS.

Ante Sanctorum imagines cerei accenduntur jam à tempore veterum Ecclesiarum Episcoporum, ac quæ de illis Germani Patriarcha Constantinopolitanus, in eruditissima epistola, quæ citatur Ab. 4. Conc. 2. Nicæni. Hoc autem symbolicos fieri existimandum est, ad significandum lumen gloria quo perfuruntur, Deoque vicinos esse, qui lucem habitat inaccessibilem.

Ante S. Germanum cum Vigilantius Catholicis obiceret ridendo, quod pleno die cereos accenderent, respondit pie admodum D. Hieronymus: quod sicut Christus non indigebat unguento, quo cum perfundebar Maria Magdalena, ita nec Martyres lumine cereorum: tamen sicut Apostoli causantes, ne effunderetur unguentum, Domini voce coartati sunt, mulierisque recipitur devotio: sic quicumque accendunt cereos, inquit, secundum fidem suam habebunt mercedem.

Solent autem in templis poni candelabra per modum coronarum, quæ non sunt nuper inventa, sed vetustissima, & à primis illis Patribus usitata. Paulinum testem producimus ita Facientem. Natali. 3.

Clara coronantur densis altaria lachryis, Nocte, dieque micant.

Et rursus Natali. 3. — Tælogue superno Pendentes lachryis spiris reinventur abenis. Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant Funibus.

Ita Prudentius in hymno de S. Laurentio. Argenteis scyphis ferunt Fumare sacrum Sanguinem: Auroque nocturnis Sacris Adflare fixos cereos.

Videatur Socrates lib. 6. bist. c. 8. Sabinianus Pontifex instituit, ut lucernæ, & cerei accensis semper haberentur in templo Principis Apostolorum.

IN ALTARIBUS.

Tempore divini Sacrificii, aut officii etiam in altari ad honorem illius cui officium offertur, luminaria accenduntur, & constat ex versu superiore Paulini. Immo constitutiones, five rubricæ ceremoniarum vetant, ne quis missam celebrare præsumat, nisi cereus ardeat in altari, tum ad significandam Christi divinitatem, tum ad debitum illi honorem deferendum. Solemus enim inaugurations Principum ignibus, & facibus accensis decorare. Sed de isto paulo post, & seq.

IN DIVINO OFFICIO.

In sacro Missæ officio, quod solemniter decantatur, deferuntur ardentes cerei ad publicationem Evangelii, five dum illud per Diaconum cantatur, ad significandum, quod Christus mittebat binos ad omnem locum, in quem ipse venturus erat. Matth. 7. prænuntiantes adventum illius coruscatione prædicationis, & operum. Deinde ut significaretur per opera implendum Evangelium, juxta illud Christi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Tertiò significant Cerei accensi Doctores Ecclesiarum, qui suis scriptis fugant tenebras ignorantie. Etiam Evangelium, five verbum Dei, lucernæ, & luminis appellatione dicitur. Psalm. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, vide plura apud Durant. in rationali lib. 4. cap. 24. num. H. 14. 15. Addit D. Hieron. cont. Vigilant. Significare cereos accensos lætitiâ.

\* CEROFERARIORUM ORDO.

Inter ordines, quibus initiatur, qui ad Eucharistiæ consecrationem destinantur ab antiquo fuit institutus ordo Ceroferariorum, five Acolythorum, cujus mentio fit apud S. Cyprianum Epist. 55. & in Concilio Romano sub Sylvestro. can. 7. in conc. 4. Carthag. c. 2. Munus autem initiatorum hoc ordine clericorum, erat ad sacram myriorum pompam deferre accensos cereos, ad sacri cultus celebrationem, inquit Baron. Tom. 1. Annal. an. 58. n. 70. Ita quod ordo Ceroferariorum in Ecclesia admodum sit antiquus.

\* ALIUS USUS CEREBORUM.

CEREI OBLATI IN ECCLESIA.

Cereorum oblationem à fidelibus fieri consuevisse, meminit S. August. ser. 215. de tempore, ut qui populum ad eas præstandas fuerit cohortatus, dicens: Qui possunt, aut cereolos, aut



autoleum, quod in cindilibus mittatur, exhibeant. Et **A** *Pasinus* his versibus adserit, *Nat. 6.*  
*Assi alii pitibus accendant lumina ceris,*  
*Multiferaeque cavos lichones laquearibus aptent,*  
*Ut vibrant tremulas funalia pendula flammis.*  
 Henricus Leo Saxoni dux annuo redditus instituit, quibus cerei ad Christi sepulchrum semper arfusi compararentur. *Volaterranus lib. 22.*

ACCENSI AD TUMULOS, ET RELIQUIAS Martyrum.

Est commentarius Evodii Uzbalensis Episcopi, cujus meminit S. Augustinus ubi de cereis adferri solitis ad reliquias Sancti Stephani fit mentio: atque eisdem divinitus monstratos adsumatur. Refertur etiam de quodam, qui argentam candem obrulit. *1. 1. c. 13. Aug. Sermon. 33. de diversis. 6. l. 22. de Civitate. 8. S. meminit hujus scriptoris.*  
 Hujus autem devotionis etiam meminit *D. Hieron. adversus Vigilantium*, carpentem quod martyrum reliquias ceres apponente Catholicis, quasi lumine illo egerent, laudat namque *D. Hieron. zelum illorum*, qui hoc faciunt. Unde *Riparium* per epistolam compellens exclamat: Accensae ante eorum tumulos cerei, idololatriae insignia sint.

MIRACULIS EORUMDE USUS Comprobatus.

*Gregorius Turonensis* citat Paulinum de rebus S. Martini ita scribentem *c. 2. prop. fin.* Factum est autem, ut invidia tentatoris immixtum incendium, domum voraci flamma combureret, et sparsum per aridas tabulas cuncta vastaret. Clamor ad caelum tollitur, & beati Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam cerei particulae ad Sancti templo delatae: quae reperta, & igni injecta, protinus omne restinxit incendium, novoque miraculo, cerea, quae ignem alere solita, ignis violentias vi sanctitatis oppreffit.

**C** *Simonis Andromici* Imp. Constantinopolitani bellissima filiola, immatura aetate Servia Crali desponsata, necessario magis quam bona cum gratia hoc nomen accepit, quod cum plures puella Andronico morerentur, a muliere quadam edoctus, XII. Apostolorum duodecim imagines cereas viri magnitudine statuit, atque ordine accendit sub tempore partus: quae cum in tempus, quo statua Simonia ardebat, incidisset, puella Simonis est appellata. *Pachymerius.*

Nobile miraculum, quod ante plures annos compertum, jam pene cum tempore elapsum fuerat, memoriae sequentium mandare ultra non differam. Habetur Romae Patriarchalis Ecclesia in honore perpetuae Virginis Matris Domini consecrata, quae vulgari sermone Sancta Maria Major vocatur. Major idcirco quia post Lateranensem Sancti Salvatoris Ecclesiam, major dignitate, non solum Romanis, sed & totius orbis Ecclesiae est. Illic Pontifex Apostolicus in praecipuis, ac summis festivis diebus, id est Natalis Domini, Pascha, atque Assumptione jam dictae gloriose Virginis, cum celebri processione more Romano coronatus pergit: ibi stationem facit, ibi totius urbis Clero, ac populo assistente, solemne Deo sacrificium offert, & sacros dies quanto potest colit honore: ibi praeter ipsum, & coadiutores ejus septem Episcopos, ac Cardinales presbyteros nulli Missam celebrare fas est: ibi quam inauditum miraculum non semel contigerit, sed etiam annuatim in festo supra nominato Assumptionis proveniat, dicendum est. Mos est Romanorum festum illud Assumptionis Matris Domini inter universas anni festivitates praecipuo honore colere, & speciali devotione venerari, unde est, quod inter plura devoti animi sui erga praeclaram Virginem signa, ceres maximas faciunt, & eos ante paratos vigilia festivitatis ad nominatam Ecclesiam deferunt, atque vespertina hora, vel circa accendunt. Pondus tamen eorum aqua lance pensatum Domini retinent, ut sequenti die solemni missa peracta, eos rursus pensantes quantum de quantitate eorum ignis absumperit, indicante statuta cognoscere valeant. Manent ergo Romanorum cerei, ac vespertinis ut dixi horis usque ad sequentis diei horam sextam vel nonam in Ecclesia Matris Domini ad honorem utriusque accendi, & festiva Missae solemnis consummatis, singula a propriis dominis ab Ecclesia domum reportantur: referens quisque cereum suum, mox ut domum pervenit, geminas lances praeparat, imponit unum cereum, alteri pondus desiderium: attendit diligens inspector, quantum de cerei prius appensa quantitate possit deesse, & vespertinas, diurnas

nocturnasque horas quibus continue cereus arsit, numerans expectat quid sibi de immunditione primi ponderis statuta referant. Et ecce mirabile dictu, nihil minus quantum ad pondus pertinet, et post tam prolixam cerei sui exultationem, sollicitus ille appensor, & spectator invenit, sed quasi nihil consumptum sit, totum quod Deo, & ejus Virginis Marti devotus cenderat, se accepisse miratur. Hoc tam nobile, & ante nunquam auditum miraculum ad commendandam mortalibus gloriam Matris Domini, non in quolibet ignoto vel humililoquo, non in qualibet, vel quantalibet civitate, sed in ipsa urbe orbis capite, non semel tantum ut dixi, sed assidue recursum annuo divina pietas, & potentia operatur. *Petrus Venerabilis, 2. de mirac. c. 30.*

Inter res multas admirabiles ad Narcisso Episcopo Hierosolymitano gestas, ejus loci homines hoc praeterca miraculum ex traditione referunt. In magna, ac solemni Paschatis vigilia oleum Diaconis, & ministris defuisse perhibent. Unde cum universam multitudinem gravis quadam agritudine, & demisso animi occuparet Narcissus fuerat, iis qui luminaria apprabant, praecipisse, ut aquam ex puteo quadam, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipsum afferrent: quo absque mora peracto eum super aqua oravisse, mandasseque ut cum vera, & constanti in Dominum fide eam in luminarium vala infunderent. Quod ubi fecerant, contra omnem rationem incredibili quadam divina virtute naturam aquae in naturam olei commutatam, & pro certo illius miraculi indicio, fratres complures, qui illinc erant eo tempore, permulsum ex illo oleo reservarunt: & ex quo etiam aliquantulum ad nostram usque aetatem custoditum est. *Esseeb. C. 2. c. 1. 6. b. h. i. Eccl. c. 8. 6. N. 1. 5. c. 9. apud Baron. tom. 1. an. 199.*

Lingua nostra non sufficit ullis verbis ea omnia exprimere, quae post sancti Eusebii Episcopi Aurelianensis obitum miracula ab eo gesta sunt, sed pauca, quae veridicae relatione didici, siltere minime audeo. Mulier quadam, quam ipse vir sanctus de Gentilitatis errore sua admonitione revocaverat, cujusque filium de sacro fonte susceperat, ad tumulum ejus certam candulam pondere librae usque ex devotione collocavit, & incendit, & ea per tres dies noctesque perpetuo arsit, nec extincta est. Die vero tertio cultus templi, ceram ejus candela liquefactam redegit in massam, atque ecce in ejus manibus in tantam molem creverit, utridem omnino pondus pristini cecei inveniretur. *In vita ejus apud Surium, tom. 1. Feb. 20. sep. 7.*

Refert *Uvalfridus Strabo* Abbas Augienis in vita sancti Galli Abbatis, quod dum festivitas octavarum Epiphaniae annuo celebraretur officio, cunctis tempore sacrificii ad Ecclesiam convenientibus, luminaria, & candelae accendebantur ex more. Una autem candela sine lumine inter caeteras adentes dimissa, inter facta Missae solemnia principalis primo cepit paulatim fumo tenui vaporare: deinde videtur non paucis flammam concipiens, & caeteris clarius rutilans signi effectum splendoris singularitate commendavit. *Uvalfr. Strabo in ceph. vita ejus apud Sur. tom. 5. Octob. 16.*

Compertum habemus, Quosdam amplexandis tumuli desiderio ad Tanai ostio solvissse, ut Myras contenderent. Cum autem in navim fascinas, & viaticum intulissent, invidus ille daemon, qui in eo Dianae colebatur templo, quod paulo antedicebamus a Nicolao delectum, hujus navigationis causa cogitavit, ad impediendum homines, si possit, sese dolo, & fraude ornata. Nondum enim excederat animo sedis illius a fundamentis eversio, non violenta, ignominiosaque cum sui, tum ministrorum suorum ejus Myris expulso, non cultus hominum ad se consuetum sibi ademptus. Haec facta ad ultionem demonem inflammabant, praeter insitam nocendi libidinem, & alienae virtus odium immortale, quo in expulso suum jam toto illustrem orbe flagrabat. Igitur mulieris formam induit vas olei plenum humero gestans, & navim conscendens se ait magno teneri desiderio ejusce tumuli adorandi, sed imbecillam corpore, stomachoque maris, & naucae crudelitatem non posse perferre, misuram se (quando proficisci non licet) oleum illud, quo tumuli lampades accenduntur: Rogat itaque, ut oleum ipsi suo nomine sanctissimo monumento offerant. Illi facile persuasi, quippe quibus nulla inerat suspicio fraudis, dolium accipiunt. Erat in eo profanum nefcio quid, diabolica execraturum arte, & dignum profecto, quod a demone nocendi causa praebarent. Solventes eorum cum diem unum sulcassent mare. cepit insequens aurora Zephyros in proram mittere, & noctes dieque deinceps plurimos sic permatinaciter adversi erant, ut naucae tardo diuturno procellae, insecto incante, de reditu cogitarent. Jamque proras inverterant, cum inflatigatus

rigatus hic noster omnium laborantium adjutor lembo se re-  
**A** deuntibus offert. Quo viri tenditis? inquit. Quid constitutum iter desideris? Vestrum est, viri, ventos in puppim convertere, & adversa navigationis tollere impedimenta. Diabolica haec fallacia est: non enim fœmine dolum, sed infernum vobis daemon commendavit. Liberate navim hac peste, & vas in mare abiciite, eruntque deinceps omnia vobis secunda. Navigantes imperantis veneratione permoti (inerat enim homini divina quaedam majestas) vas ipsum in pelagus repente contorquent: ex quo terra quadam exsilens, flamma, fumo, & caligine aeren totum obtunubilat, intolerabili fetore complet omnia, tantoque stridore vas ipsum in mari excipitur, ut è damnatorum officinis exsiste nemo ambigeret. Tum Nicolaus, cum sese quisquam esset, patefecisset, ex oculis eorum evanuit. Inde nunquam constituto itineri elementes aurae defuerunt. *Leonard. Justin. Venerus in vita S. Nicolai Magi Ep. Myrensis apud Aloys. Lypnan. tom. 50.*

Post obitum sancti Remigii Rhenensis Archiepiscopi, cum lues inguinarum populam primae Germania devastaret, & omnes Rhenensis Provinciae incolae hujus cladis torerentur auditu, concurrebat Rhenemius populus ad Sancti sepulchrum, congruam hujus causa flagitare remedium. Accensis quoque cereis, lychnisque non paucis, hymnis, psalmisque caelestibus per totam excubabat noctem. Mane autem facta, qui adhuc precaturus desit, in tractatu rimatur. Reperit etenim, revelante Deo, qui sanctum suum mirificari voluit apud homines, quem apud se mirificatum habebat, qualiter oratione praemisla, adhuc majori propugnaculo urbis propugnaculo munitur. Assumpta igitur palla de beati sepulchro, componunt eam in modum feretri, accensisque super cruceis cereis, atque super ceteroferans, dant voces in canticis: circumcutit urbem cum vicis, nec praeterunt hospitium ullum, quod non hac circumtione concludant. Quid plura? Non post multos dies fines hujus civitatis Rhenensis lues aggreditur memorata. Veruntamen usque ad eum locum accedens, quod beati pignus accessit, ac si constitutum emeret terminum, intro ingredi nullo modo est ausa; sed etiam quae in principio pervaserat, hujus virtutis repulsum reliquit. Qui beatissimus Pontifex, & in vita corporis, & post obitum, sicut infirmis sanitatum gratiam reddidit sic, & in pervasores pestiferae ultor exiit. *Hincmarus Rhenens. Archiep. in vita ejus apud Sur. tom. 1. Januar. 13. in epist. Hormisd. de Papa ad Remigium.*

Illud non omitendum de cereolis, quos de sepulchro beati Martini Antistitis sustulit, a quibus sanatus fuit Justinus maritus fororis suae. Hos cum mecum ducerem, Justinus vir fororis meae in valetudinem irruit, & invalescente febre, cum doloribus membrorum omnium, valde ad extremum accipit. Nuncius haec ad me delatus reulit, efflagians ut si quid medicamentum reperire possem, morituro transmitterem, ne obiret. At ego in virtute beati Antistitis confusus, unum ex cereolis transmitto, per puerum ducens. Accendite illum coram eo, & in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum, & deprecetur omnipotentiam Antistitis, ut ei succurrat. Missus autem puer, quod dederam, deportavit. Quo accento ante lectum agroti, favillam scirpi, quem jam ignis consumperat, culro eradunt, diluivumque aquae agro porrigunt ad bibendum. At ille, ut hauserit, sanitate protinus reperit, incolumisque redditus est nobis. Postea qualiter sibi virtus beati Antistitis subvenit, exposuit. Nam referre solitus erat, quod ubi primum oculis ejus jubar luminis progressum à cerebro pepulit tenebras noctis, protinus in contemplatione flammæ febris recessit à corpore, ac stomachus, qui diu languerat inedia, cibum consolationis efflagitavit, & qui tantum aquam puram ad refectendum febris ardorem haurire consueverat nunc vinum desiderat. Facit haec virtus Antistitis, quae saepe miseris opem profusa miseratione tribuit, & infirmis medicamenta largitur. *Greg. Turon. lib. 2. miraculorum S. Martini cap. 2.*

Aliud miraculum profertam de cereolis, quos portavimus pro benedictione sepulchri B. Martini. Agrum quandam possessionis nostrae grandaenosis singulari vastare consueverat, & tam graviter sequebatur, ut nihil ibidem, cum venisset, relinquere. Tunc ego in vineis illis arborem unam, quae erat excellentior caeteris, eligens, de sancta cera super ea posui. Post illam autem diem usque in praesens tempus nunquam ibidem tempestas decidit, sed veniens locum illum tanquam timens praeterit. *Item Greg. 1. c. 34. apud Baron. 10. 7. ann. Dom. 566.*

Anno Domini 1101. die sacratissimi sabbati, quo secundum antiquae misericordiae Domini praeparationem baptismate jam consecrato, lumen de celo nobis ministrari devoti nimis expectamus. *L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. 11.*

Statuimus usque ad vespertam, orationibus solitis insistimus, tuncque propter peccata nostra, desiderato dono celesti, quod etiam in conspectu gentium olim Christiani ante nos semper suscipere solebant, omnimodo frustrati, absque omni festiva synaxis officio, noctem illam Dominicae Resurrectionis lugendo tantum, & moriendo tranlegimus; summo autem inane, cum Litanis à sepulchro Domini nudi pedes processimus, ingressique ante templum Domini, quo scilicet loco, id est, monte Moria, in arca Davidem in maxima tribulatione exaudicimus, cunctosque exaudiendos, qui ibidem corde devoto orarent, Salomoni promissum legimus. Mox post preces, lacrymasque ne nos deserendo Christus nomini suo blasphemiam inter gentes praepararet, fusas, nec dum atrium illud famosum egredimur, & ecce concrepantia signa, laudes altisonas in occursum nobis ab his, qui remanserant, reboantes audivimus, intrantes verò Ecclesiam pronominatam sepulchri Domini, lampades duas caelitus incensas immenso gaudio repleti conspeximus. Quid plura. A baptismi officio, quo pridie cessaveramus, incipientes totum servitutis nosque egressis, inter Missam Syrorum, qui semper post nostrum egressum eodem passere choro solent, lampades aliae divinitus accenduntur: ante vespertas vero, & inter vespertinas laudes ad sedecim hujusmodi luminaria visibiliter ampliantur, sicut contigit, ut pauci intra Hierusalem, seu Christiani, seu pagani, reperirentur, qui evidentem Christi potentiam se non vidisse testarentur. *Origenes. Abb. ex relat. Herimanni presb. Psilhelm. Malmesbur. Jac. Gress. 1. 2. de Cruce cap. 11.*

Historia de cereo sacro cultus à B. Virgine ad sanandos agros allato, & Lamberto Episcopo Atrebatensi tradito.

Anno Domini circiter 1105. Lamberti Episcopi Atrebatensis tempore corruptis oppido populi moribus, cufusque in vitia, & libidinem hominum animis inclementior aura caeli, & tam pestilens aeris aspiratio fuit, ut Atrebatens primum, mox vicinam latè regionem insolentis morbo ultrix Dei manus incenderit flagranti veluti igne eam corporis partem, quae afflictebatur adirent. Nihil hic medicorum manus, nihil potuerat pharmaca, plerisque omnes prompta mors atqueque: alios cum nulla usque spes afforet, ad implorandam Dei, Sanctorumque opem mortis, ut solet, horror adiebat. Jacobant itaque frequentes ad B. Mariae porticum, & circum templum ejus diffusi, magno ejulatu, & planctu subsidium miserandum in modum exposcentes. Id forte temporis insignes duo fuere ci-tharadi, quorum alter nomine Irierus in Brabantia, alter Petrus cognomento Normanus in arce D. Pauli in Tarnesio commorabatur, capitali odio sese mutuo prosequentes, quod Normanus Irieri fratrem morte affecisset. B. Virgo nihilominus splendido amictu resurgens utriusque eorum vespere die quadam Lunæ noctu apparuit, & proprio quemque nomine appellans eadem prorsus verborum forma compellavit: Surge, inquit, & Atrebatum proficiscere, magnam ibi pro templi foribus agrorum turbam comperies, semianimes, & ferè flagranti tabe consumptos: exin Lambertum loci Episcopum adibis, monebisque, ut sabbato proximo nocte vigil excubet, agros juxta templum decumbentes visitando: sub primum Galli cantum conspicietur in simili, quam gero veste, mulier à choro templi delabi, cum cereo in manibus, quem vobis tradet: de quo cerea pauxillum instillabit in vasa aquae plena, quam agris quibusque deinde potandam praebebitis, eademque inflammatas pestilenti lue partes irrigabit. Quotquot autem hoc salutari remedio viva credentes fide uti voluerint, evadent incolumes: quotquot autem despexerint, morte corripientur. Adhuc pariter utriusque dicta Normanno sigillatim addidit, futurum ei comitem iterum, homicidii quidem causa haecenus inimicum, sed fore, ut ea occasione redirent in gratiam. Normanus, ut primum à somno vigil, o quanta exclamat, quaque veneranda est Dei Matris praesentia. & utinam illius ego auxilio Iriero fratri meo reconciliet; utinam per Dei misericordiam, Mariaeque matris intercessionem possim tot male affectis opacitissimum asserre salutis nuntium. Attamen valde metuo, ne istae visio phantasma sit, aut illusio: itaque tota nocte proxima excubabo, si forte Deo volente eadem seferursum offerat. Haec secum ipse statuens, primo diluculo templum adit, sacris interest, subinde quae supplex Deum orat, ut sibi clariorem visionis nocturnae notitiam dignetur impartiri. Irierus etiam haud sanè minori cum cura, sollicitudineque qua vigilando, qua orando laborabat. Noctē postera B. Virgo illis affuit, comina.



minata, nisi ad statum locum citi properarent, utrum-  
 A que motbo eodem correptum iri. Ea res illis timorem in-  
 culcavit, & ad iter mane factu impulit. Normannus, qui  
 vicinior erat, Atrebat de veneris sub auroram affuit, ac  
 postmodum tempore D. Virginis adivit. Episcopumque ad  
 aram sancti Severini orantem advertit. Confirmavit vehe-  
 menter hominis animum, quod magis infirmorum acer-  
 vos pro templi valvis jacentes conspiceret, uti revera visu  
 nocturno intuitus erat. Quare certior jam factus, & ani-  
 mofior, Episcopum interpellat, petique, ut reducto pauli-  
 per loco liceat alloqui, velle se, cum eo de quodam magni  
 ponderis negotio communicare. Annuit Episcopus. Tum il-  
 le: Die luna elapso, mi Domine, noctu mihi diiva Virgo  
 Matia apparuit, mandavitque, ut ad te venirem, & mone-  
 rem, ut die Sabbathi proximo, agros, qui foris, & intra tem-  
 plum jacent, inviseres; tum illa post primum galli cantum,  
 maximum ad vos beneficii pignus cererum ardentem allatura  
 est; de quo, formato prius Crucis signo, stillas aliquot in  
 vasa aquae finetis desuere, dabique operam, ut ex ea agri  
 bibant, eorumque ulcera illinantur. Quicumque salubris me-  
 dicina usum neglexerit, aut nutanti fide exceperit, morie-  
 tur. Id mei fuit numeris vobis indicare; vestrae jam sunt partes  
 exequi: Si quid neglectum fuerit, culpam hic nullam agnos-  
 co. Admirabundus ad haec Episcopus; Quis, inquit, est tu,  
 Cujusve conditionis, aut patrie? Affirmante illo sese citharæ-  
 dū: Apage hinc, ait, & mihi illud cave. Mox hominem  
 relinquit, floccique pendens Normanni dicta intro in palatium  
 divertitur. Ille vero pudore suffusus in templo se continet, fle-  
 bilique, & miserandam tot agrotantium sortem expendens,  
 misericordia commovetur. Haud multis inde post horis, ecce  
 ibi longius adveniens iterum in templum D. Virginis sese in-  
 fert, factaque oratione inde Episcopum, qui tum forte in fa-  
 cello domesticis sacris operabatur, adit. Quo peracto munere,  
 venerabundus Antistitem salutatur, petisque loquendi venia  
 amittit: Pater sancte, jam semel, & iterum oculis sese obtu-  
 li meis tanta pulcritudine mulier, quae sese B. V. Mariam esse  
 dicebat, mandavit illa, ut sua ad te mandata deserrem, ut pro-  
 ximo nempe Sabbathi noctu agrotos, qui foris, & intra Ec-  
 clesiam sunt, invisas; tum illa vobis adierit, cererumque ac-  
 cernam manibus porriget, ex quo defluentes aliquot  
 guttas in vas aqua plenum infundetis, factoque desuper Crucis  
 signo bibendam agris aquam offeretis; quicumque sincerè cre-  
 dens ex ea biberit, sanitatem consequetur; qui secus, repen-  
 tē peribit. Hic demum oblatu Episcopus, interrogat,  
 C quānam, cujus nominis, patrie, conditionisque foret,  
 ille respondere, esse se licerum nomine, patria Brabantum,  
 conditione, & arte citharædū: Praetel referre alterum ejus-  
 dem farinae hominem, eadem sibi paulo ante locutum, obi-  
 cereque, quod conjurato sibi statuisset illud. Absit, in-  
 quit, liceris, adeoque inter me, & Normannum nullum in-  
 tercedit usus, ut si hominem usquam offenderem, ego profecto  
 sceleratum, frater mei interfectorem pro meritis ulciscer-  
 rer. Hicce auditis Episcopum secum ipse reputabat; & visionem  
 istam Dei forsitan commiseratione contigisse, ut & agris vale-  
 tudinem conferret, & duobus his inimicis reconciliationis an-  
 sam praeberet. Coepit itaque iterum paternis monitionis an-  
 sam hortari, idque sacra scriptura verbis adeo efficacibus, ut  
 ille omnino persuasus Normanno condonaret, ac supplex ad  
 pedes Episcopi precideret, sponderetque quicquid in pacem  
 incundam Episcopus statuisset, ratum se habiturum. Mit-  
 tit tunc Praetel Secretarium, qui Normannum e templo  
 accerferet; & affuit extemplo, provolutusque ingenua, Deum  
 D primum, Episcopum deinde, tum iterum admitti ve-  
 charitate fraternam differuisset, iussit, eos se mutuò osculari  
 in signum pacis, atque amoris, ut sic peracta numeris om-  
 nibus reconciliationis, minus sibi seorsim nocturno usu de-  
 mandatum unanimi studio feliciter exequerentur. Ea pro-  
 pter junio ab his tribus religiose observato, totoque die  
 in precatione consumpto, sub noctem ad templum profecto  
 oratione pernoctant, usque ad id ferè temporis, quod  
 eis fuerat divinitus indicatum. Nec mora, affuit in nota  
 veste B. Virgo, videbaturque à suprema parte chori cum ac-  
 censa ceræ delabi, quem illis obtulit, eadem ad omnes, quae  
 antea ad citharædū, verba faciens de miraculosa hujus cerei  
 virtute, deque ritu, quo circa agrotos utendum esset, paucis ad-  
 hortata, ut illum in perpetuum insignis adeo beneficii memo-  
 riam studiosè conservarent: ac subito disparuit. Rapti omnes,  
 atque attoniti, quae veneranda Desipare praesentia, qua distul-  
 tatum templum insolite lucis obtutu, quin & divini illius

ignis ardore inflammati, Deo primum gratias egere, mox uno  
 pariter omnes studio ad accuranda Dei Matris iussa anxi-  
 mos promptè applicuere. Expletis itaque aquae vasis crucis  
 signum Episcopus ceræ exprimit, ceræque nonnihil in aquam  
 infundit; & subinde ejus virtute agris declarata, ut de illa,  
 cum magna fide, ac reverentia bibant, exhortatur. Parent  
 monitis, ac etiam ulcera lavant, atque omnes maximum  
 inde levamen illico persentiscere, tam interius in partibus  
 vitalibus, quae acuti veluti flamma adurebantur, quam ex-  
 terius in membris, quae jam pene computruerant. Fuere il-  
 lic ad centum sexaginta agroti, omnesque convalescere, ex-  
 cepto uno, qui sacram despiciens medicinam, ausus est  
 temerè deblaterare malle se vinum, aliaque id genus multa  
 indignantis, & contemnentis animi edere iudicia; & at non  
 impune: tantum enim illum subito invasit ardor, ut continuo  
 in morem furentis animam exhalaret. Postquam ritè peracta  
 sunt omnia, coepit affluens populi multitudo in Dei laudes af-  
 ferri, admirandaque illius opera praedicare. Et cum Clerus in  
 templo sacra facturus jam adesset, Episcopus canticum divi  
 Ambrosii, & Augustini, Te Deum laudamus, quo agendis  
 Deo gratias ubi solet Ecclesia, intonavit, quod eleganti quo  
 symphonia profectus est musicorum chorus, applaudente  
 interea, & exultante populo, quod tantis optatam voti fan-  
 tatem obtinuerit. I radita exinde candelæ sacra cunctis  
 F duobus citharædū, qui illam una cum Episcopo de B. Vir-  
 ginis manu exceperant, quidem Antistitis consilio venerandam  
 piorum vitiorum congregationem exerceant, quam in tanti be-  
 neficii memoriam flagrantem, five Ardentium societatem no-  
 minarunt. Frequens statim cum e civibus, tum nobilibus,  
 insignium vitiorum multitudo sacro sodalicio nomen dedit. Ex-  
 tat in foro minori vetus, superbaque pyramis, stupendum anti-  
 quae artis opus, ubi ceres multo cum cultu, religioneque in  
 theca argentea aservitur. Huc plurima passim vulgi frequen-  
 tia, pars ad orandum, pars ut aquam potent, aut agris inde  
 potandam ferant, magno cum pietatis sensu concurrunt. Ani-  
 miferarium Sodalitatis istius festum à die venerabilis Sacramenti  
 ad Dominicam sequentem celebratur. Quo interim tem-  
 pore multa passim in urbe ærum, campanarum, lituorum,  
 & tibiæ sonitu communis omnium læticia eduntur tes-  
 timonia; quin etiam tum cessant causae forenses, & edici-  
 turque iustitiam, haud secus ac si urbis mundina solem-  
 nes forent. Candelæ sacra diebus fingit, adspicant cum  
 cruce, facibusque populo, & applaudente multo instru-  
 mentorum musicorum concentu, ad facellum, quod est  
 in loco, quem Ardentium vocant, exportatur; ubi Primo-  
 G res, sodalesque, qui honoris ergo cererum sanctum comitari  
 sunt, rem sacram adiungunt. Sub mysteriis divini canonem  
 ceres accenditur; & rursusque sub noctem multa cum pompa  
 pyramidem thecamque propriam referunt. Dominica autem  
 proxima, concione, & sacro peractis candelæ illa splendendum  
 in morem sub insigni umbella in civitatem revertent in-  
 fertur, quam Magistratus, ac praecipui Sodales comitan-  
 ter, adspicantibus phaleratis in equis ditionis, seu camera  
 Atrebatensis Primoribus, cum magna scolorum, ha-  
 flatorumque caterva, plurimoque tympanorum, ac tuba-  
 rum clangore comitantur, quibus obvii sunt Praepositi, ma-  
 gistratusque civitatis, pompamque una omnes ad porticum  
 usque Ecclesiae Cathedralis deducunt, ubi Sodales binos Ca-  
 nonicos ceres, & templum ingressi facellam candelam accen-  
 sam gloriosè Virginii offerunt, tum eadem pompa, & comi-  
 tatu ad facellum, & inde sub vesperam ad pyramidem  
 referunt. Praeter admirabilem illam cerei divinitus dati  
 receptionem, multa insuper, admirandaque prodigia sunt  
 pendenda. H

Ac imprimis, quod licet capta, receptaque urbe, aliisque  
 gravissimis periculis, facta tecta, tamen adhuc candelæ sacra  
 per annos circiter quingentos fidelissimè conservata sit, in-  
 genti pii populi solatio, qui etiamnum, ob praecitata, quae  
 illic se produnt divinae manus opera, non minus quam majores,  
 cererum colit, & observat. Mirum sane est, quod tanto  
 tempore toties accensus, & in aquam infusus ceres ille  
 quoties necessum fuit, haud tamen diminutus sit, quin po-  
 tius auctus videatur: ex defluentibus siquidem guttis tantum  
 ceræ collectum est, quantum pluribus aliis cereis effundendis  
 sufficeret, qui varia in loca transfusit, ob parem vim, effica-  
 ciamque pari in honore habentur. Etiam nunc in facello vi-  
 dere est panem, massamve cereram, qui ex illudicillis in dies  
 accrescit. Memoria dignum est miraculum, quod an. 1233.  
 contigit ibidem in parochia D. Gaugerici; Cum involans  
 repente de caelo fulgur templum istud invasisset, insolens  
 continuo

continuo ardor, flammaque adeo invasit, ut perita affluenti-  
 A sine è vicinis puteis nullatenus extingueretur, piis aliquot ci-  
 vibus venit in mentem opere pretium fore, si facta aquae guttae  
 aliquot alteri commixtae in ignem iniceretur: nec frustra  
 praesentissimum enim fuit ad compescendam flammam reme-  
 dium. Quod verò ad varia sacri (quem vocant) ignis, aposte-  
 matum, ulcerum, febrium, hepatis inflammationum, alio-  
 rumque id genus morborum curationes attinet, quamque fre-  
 quens illa quoties tempore accidit, fatidicè facit continua  
 quingentorum annorum experientia. Pars aquam illam puram  
 insidius subinde medicis potant maxima cum confidentia: alii  
 potui sui immiscunt: pars etiam ulcera illinant. Omnes denique  
 Atrebatenses, vicinique cujuscunque conditionis accolae, pauperes  
 juxta ac divites, parvi aequae quam salutare aquae sacrae  
 operationem integrè valetudini restituti experiuntur. Guisiel.  
 Gærcus S. Magdalen. Atrebat. Pastor hanc hist. Gallicè de-  
 scripsit ex codicillis quibusdam, & vulgi traditione desumptam  
 possè à Sixto IV. & Clem. 8. approbatam.

CEREI LOCIS, ET S. IMAGINIBUS  
APPOSTI, MIRACULIS A DEO PROBATI.

B Die magni illius fabathi, quo ignis mirabili Dei potentia  
 veniens ab universo populo praetolatur, ibi cum ceteris inco-  
 lis, & peregrinis, V. Vilhelmo Comite Pictaviensi, & aliis Prin-  
 cipibus, Odolrico Aurelianorum Praeful adibat. Janq; dies  
 ipsa in vesperum transiens, repente pene horam, qua speraba-  
 tur ignis adfuitus, unus Saracenorum, scura impudentissi-  
 mus, ex plurima illorum multitudo, quae annuatim semper,  
 cum Christianis adesse solet, exclamavit, ut Christianis mos  
 est, cum primùm videtur, bagios. Kyrie eleison, & cavillan-  
 tur cachinnum emittit, extensaque manu arripuit cererum de ma-  
 nu Cujusdam Christiani, aufugere tentans. Qui illico arreptus  
 à demonio turpiter nimium vexari coepit, quem prosequens  
 Christianus cererum abstulit. Ille verò tortus acerrimè protinus  
 inter Saracenorum manus expiravit. Quod factum omnibus in  
 commune terrorem immissit: Christianis tamen gaudium, &  
 exultationem praeiit. Statim verò, ut asolet, Dei virtute erun-  
 pensignis ex una lampadam, quae septem ibidem pendere cer-  
 nuntur (plures ponit Urpergensis) cursum evagando, ceteras  
 inflammavit: quam lampadem cum suo oleo praefatus Episcopus  
 emens atri laura à Jordano, qui tunc erat Patriarcha, secum  
 detulit, atque in sede propria reponens plurima infirmis con-  
 C tuit beneficia. Rudolph. Mon. J. a. hist. Creiz. l. 2. de Cruce, c. 11.

C Huic non absumit scribit Greg. Toronenis de Amarando  
 martyre, qui apud Albigensem urbem, exacto agonis fidelis  
 cursus, sepultus, vivit in Gloria. Cujus, ut historia passionis de-  
 clarat, sepulchrum dūi vespibus, sepibusque coniectum latuit,  
 sed Domino jubente Christianis populis revelatum est, & cry-  
 pta, in qua quiescebat, patefacta replevit. Sed cum hostili-  
 tate impellente locus ille ab habitatoribus fuisset evacuatus, &  
 longinquo venientes incolae, honorem beato martyri, quasi  
 custodi proprio, nitebantur impendere. Igitur cum ceres fre-  
 quenter devotio Christiana deferret, quadam die contigit, ut  
 quidam praelongiquitate itineris, incrementum ignis, quo ac-  
 cenderet ceres, non exhiberet: arreptamque silicem ferro  
 verberat, quasi ignem eliceretur. Quod dum ageret, & cre-  
 bris ictibus lapidem quatenus nihil foci posset excutere, caelesti  
 lampade ceres, qui jam beato sepulchro affixus erat, illumi-  
 natus; sicque factum est, ut quae humanae non expleverant in-  
 ductriae, peragerent divini numinis majestate. Cessante hu-  
 mano studio caelestia officia ministrantur, luminisque novi ful-  
 D gore ceres clarificatur accensus. Quod cum populis mani-  
 festum fuisset, incrementum foci iterum ad accendendum lu-  
 men nullus exhibere praesumpsit. Postquam verò locus ille in-  
 habitari ab hominibus assidue coepit, atque ibi domus, in qui-  
 bus ignis accenderetur, adesset, hoc miraculum non est ultra  
 praesentem plebi, cum aliis miraculis frequentius illustretur.  
 Greg. Tur. lib. 1. miraculorum, c. 57.

Narravit nobis sanctissimus Dionysius Presbyter sanctae Ec-  
 clesiae Afcaloniticae, & factorum vaforum cultos, de Ab-  
 bate Joanne Anachoretæ, dicens: Quasi vetè magnus in genera-  
 tione ista fuit. Atque ad commendationem summorum illius  
 apud Deum meritorum, hoc de ipso miraculum narrabat: In  
 spelunca (inquit) morabatur senex, in partibus villæ, quae di-  
 citur Sochus vivit ferè milliariis ab Hierusalem. Habebat  
 autem senex in spelunca imaginem immaculatam Domine no-  
 strae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae, in ulnis seren-  
 tem Christum Dominum, & Salvatorem nostrum. Quoties  
 igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam solitu-  
 L. B. Theat. vir. Human. Tom. II.

dinem, sive Hierosolymam ad adorandam sanctam Crucem, &  
 venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gratia, sive ad  
 E martyres distantes ab Hierosolymis multis, prolixisque interval-  
 lis (erat enim senex Martyrum reverentia mirabiliter deditus)  
 & nunc quidem pergebat Ephesum ad S. Joannem, nunc autem  
 tem Euchaitam ad S. Theodorum, nunc verò ad S. Thecliam in  
 Seleuciam Isauriae, nunc ad S. Sergium in Seraphas, & modò  
 ad istum, modò ad istum Sandum, reficiebat candelam, &  
 accendebat, ut sibi consuetudo erat, atque ad orationem stans,  
 & Deo, ut suum iter dirigeret, supplicans, dicebat ad Domi-  
 nam intendens in imaginem ipsius: Sancta Domina nostra Dei  
 Genitrix quia longum iter iturus sum diebus multis perficien-  
 dum, candelæ tuæ curam habe, eamque ne extinguatur, juxta  
 propositum meum serva: ergo enim ad jutorio tuo comitante  
 iter arripio. Hisque ad imaginem dictis, egrediebatur, perato-  
 que proposito itinere, revertebatur, aliquando post mens-  
 sem, saepe etiam post duos, vel tres menses, nonnunquam  
 post quinque, vel sex, & ita reperiebat integram candelam, &  
 ardentem, sicut eam, cum iter arripere, dimiserat: & nun-  
 quam hanc à seipsa extingui vidit, neque de somno surgens, ne-  
 que à peregrinatione rediens, neque ex eremo in speluncam per-  
 gens. Sephon. prat. spirit. c. 180. F

CEREI IN POPULUM DISTRIBUTI.

Olim etiam Cerei in populum distribuebantur, tam apud  
 Christianos, quam apud Geniles. Ut est auctor, Baron. tom.  
 1. Annal. an. 44. n. 89. qui pro parte posteriori allegat Val. Max. l.  
 4. c. 2. n. 5. Inde mos emanavit fortassis ceres dispensandi in fe-  
 sto Purificationis: quod in Ecclesia Cathedrali Antuerpiensi  
 piè observatur, ubi universus Clerus istius Ecclesiae, & Magi-  
 stratus civitatis ex ordine, & cum reverentia de manu Episco-  
 pi accipiunt candelam benedictam juxta praescriptum Carolo-  
 nialis Romani, quod alibi etiam servatur.  
 Multa de Cererum pio usu, Consecratione, Benedictione,  
 & Miraculis, habes sub Titulo de Benedictione: & infra  
 Tit. de Sacrificio, inter illa, quae ad Sacrificium Missae per-  
 agendum exiguntur.

CEREBORUM ANTIQUITAS.

Candelarum, & cererum usum inventum veteribus, prius-  
 quam lucernæ adhiberetur, quis colligat ex Martial. Epigr. 43.  
 Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.  
 Non norat paucos uncti lucerna patres.  
 Et quidem de nocte adhibitos insinuat. Epigr. 42.  
 Hic tibi nocturnos praesabit ceres ignes:  
 Subdula est puero namque lucerna tuo.  
 Videatur Varro q. 4. de Ling. Latina. G

Cerebrum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Cerebrum Galeno est *εγκεφαλον κενον*, quasi capitis  
 medulla. A *κεφαλη* derivant plerique, id est, capite, quia  
 scilicet in capite sit, & velut arx sentium. Unde Corn.  
 Kilianus speculari à Belgis vocari *Herfin*, quasi sit Dominus sen-  
 sum.

EJUS NATURA, DIGNITAS.

Plerique veterum Philosopherum cerebrum cordi in anima-  
 li praeposuerunt, eamque sententiam multi è Patribus Catholicis  
 fuerunt amplexi, qui cerebrum ceteris membris nobilitate  
 praestare docuerunt. Causa plures sunt, tum quod altiores po-  
 tentiae illi competant, in capite enim, cujus cerebrum est velut  
 princeps, omnes sensus externi, quam interni insunt. Tum  
 quod loco altiore sit ab opifice Deo constitutum in corporis  
 humani fabrica. Quam rationem ponderavit etiam S. Amb.  
 lib. 6. Hexam. c. 9. Et Theod. serm. 3. de Provid. Caput arcis instar  
 in summo civitatis hujus (humani scilicet corporis) fastigio si-  
 tum conspicit, in quo opulentissimus quoque hominis thesaurus,  
 nempe cerebrum, quasi in municionibus castro custoditur.  
 Deinde nervorum compago, & origo à cerebro est, & ab eo  
 descendunt, vel immediate, vel saltem interjectu spinalis me-  
 dulla, quae cerebri est soboles. Etiam ex cerebro vitalis virtus  
 plurimum pendet: vis insuper imaginatrix, & practica. Hinc  
 prudentes dicimus bono esse cerebro: imprudentes, infirmo,  
 sive imbecilliori. Ut sequenti fortius dicetur.

EX OFFENSIONE CEREBRI, QUI MORBI?

Oritur ex cerebri offensione oblitio, phrenesis, delirium,  
 aliaque ejusmodi. Animal autem obstruendo cerebro fit motus,  
 sensusque  
 L. 2